PAUSANIAE

DESCRIPTIO GRAECIAE

AD CODD. MSS. PARISINORUM, VINDOBONENSIUM, FLORENTINORUM, ROMANORUM, LUGDUNENSIUM, MOSQUENSIS, MONACENSIS, VENETI, NEAPOLITANI ET EDITIONUM FIDEM RECENSUERUNT,

APPARATU CRITICO, INTERPRETATIONE LATINA ET INDICIBUS

INSTRUXERUNT

IO. HENR. CHR. SCHUBART

ET

CHR. WALZ.

VOLUMEN SECUNDUM.

LIPSIAE,
IN BIBLIOPOLIO HAHNIANO.
MDCCCXXXVIII.

LONDINI
APUD BLACK & ARMSTRONG.

CHRISTIANO WALZIO SUO

S. D. P.

IO. HENRICUS CHRIST. SCHUBART.

Quod evenire solet viatori si e loco edito prospiciens itineris vestigia oculis relegit, ut multa videat quae in ipsa via neglecta a recto tramite abduxerunt, idem libri editori absoluto volumine saepissime accidit. Neque id mirum; alio enim animo librum adspicimus dum in scriniis latet, alio si typis descriptum tanquam opus fere alienum examinamus. In libro impresso facile videmus non raro omissa non omittenda, exposita esse quae nullo detrimento omitti poterant; saepe pro veris venditata quae falsa, erroris titulo repudiata quae veritatis nomine commendari debebant. Quod etiam nobis non uno loco accidisse facile mecum pro Tua ingenuitate profiteberis, quum ab operis perfecti omnibusque numeris absoluti arrogantia aeque mecum longissime absis; accedit quod in labore communi consilio a duobus magno intervallo disiunctis suscepto, in concordia vel maxima studioque eruendae veritatis indefesso omnia ita ad amussim exigi non possunt, ut neuter dissentiat. Gemina nostra curricula ad eundem tendebant finem et progressi sumus, quod lubenti animo profiteor, aequo si non aequali passu, ita tamen ut neutrius arbitrium ab alterius opinione praegravaretur. Quare quae perlustranti mihi librum nostrum visa sunt vel delenda, vel addenda, vel denique corrigenda, ea nunc Tibi, Vir dilectissime, propono eadem in-

genuitate qua hucusque in laboris communione usi sumus. Erunt fortasse nonnulla quae Tibi placeant; quae minus — abiice; non enim is sum qui mea admirer. Alienis erroribus proficiunt circumspectiores.

Erunt fortasse qui nos vituperent quod in Praefatione voluminis primi difficilem et agitatam de Periegeseos nostrae auctore quaestionem[a]) ne extremis quidem digitulis tetigerimus, quum, quod fateor, iure quodam a libri editore expostuletur ut de eius auctore quae sciri possint lectoribus proponat, difficultates resolvat et quae restant solvenda saltem indicet. At noluimus tunc quae a Sylburgio et in contrariam partem a Siebelisio docte, ut solent, disputata sunt in nostrum librum transfundere quoniam non aderant praesidia quibus illa quaestio adiuvari videretur. Nunc observationes nonnullas fortasse non infructuosas Tibi propono diiudicandas. Philostratus in Vit. Sophist. II, 13. de Pausania quodam loquitur Caesareae ad Argaeum montem in Cappadocia nato, rhetore, Herodis discipulo, grandi aetate Romae mortuo. De eodem sermo est apud Suidam s. v. Hunc rhetorem Cappadocem Periegeseos nostrae fuisse auctorem affirmat Sylburgius, negat Siebelisius atque pro Lydia argumentis speciosis pugnat tanquam Pausaniae patria; negari tamen nequit argumenta *pro* Lydia allata firmiora esse quam quae *contra* Cappadociam disputat vir doctissimus. Ipse enim facile concedet Argaeum montem non nominatum, de Herode magistro silentium (nam nec alios nominat magistros) et locum VIII, 17, 3. (quem sane non Romae praesens, sed relicta iam urbe scribere potuit; at redire Romam libro iam evulgato quid tandem prohibuit?), haec inquam argumenta talia non esse ut spreta Cappadocia aliam Pausaniae quaeramus patriam facile concedet Siebelisius. Quae vero pro Lydia non sine magna veri specie idem profert si ad amussim rem exigimus nihil aliud probare videntur quam plures, fortasse multos annos circa Sipylum montem commoratum esse Pausaniam; ita ut ad liquidum perducta haec quaestio nullo pacto dici possit. Diversum ab hoc Pausania Lydo, Graeciae descriptionis auctore, alium quendam putat Siebelisius de quo docte in nota ad V, 7, 3. exponit. Apud Stephanum

a) Conf. Westerm. Gesch. d. griech. Beredsamk. p. 206, not. 3.

Byz. nempe s. v. *Σελευκόβηλος* testis excitatur *Παυσανίας ἐν τῷ περὶ Ἀντιοχείας*, quem eundem cum Periegeta dissentiente Siebelisio iudicat Holstenius. Idem Stephanus s. v. *Δῶρος*, quae Coelesyriae est urbs, haec habet: *τὸ ἐθνικὸν Δωρίτης. Παυσανίας δὲ ἐν τῇ τῆς πατρίδος αὐτοῦ κτίσει Δωριεῖς αὐτοὺς καλεῖ τῇδε γράφων· Τύριοι, Ἀσκαλωνῖται, Δωριεῖς, Ῥαφανεῶται.* Addit Siebelisius locum e Malalae Chronographia p. 86. ed. Ven., quem correctum ex editione Lud. Dindorfii VIII, p. 203 sq. appono: *ἔκτισε δὲ* (Seleucus Nicator) *καὶ ἄλλας διαφόρους πόλεις εἰς ἄλλας ἐπαρχίας καὶ εἰς τὰ Περσικὰ μέρη ὁ αὐτὸς Σέλευκος πολλάς, ὧν ἀριθμός ἐστιν οέ, καθὼς ὁ σοφὸς Παυσανίας ὁ χρονογράφος συνεγράψατο, ὥντινων πόλεων καὶ τὰ ὀνόματα ἐξέθετο, εἰς ὄνομα ἴδιον καὶ τῶν αὐτοῦ τέκνων, ὡς ἔδοξεν αὐτῷ ὁ Σέλευκος. ὁ δὲ σοφὸς Παυσανίας ἐξέθετο* [*ὡς*?] *εἰς ὄνομα τοῦ ἑαυτοῦ πατρὸς ἔθηκε τὸ ὄνομα τῆς μεγάλης Ἀντιοχείας ὁ αὐτὸς Σέλευκος, ἐπειδὴ καὶ ὁ αὐτοῦ πατὴρ Ἀντίοχος ἐλέγετο. οὐδεὶς δὲ κτίζων πόλιν εἰς ὄνομα τεθνηκότος αὐτὴν καλεῖ· ἔστι γὰρ λῆρος. ἀλλ' εἰς ὄνομα ζῶντος καὶ ἑστῶτος καλεῖ ἥντινα πόλιν εἰς ὄνομα Ἀντιόχου τοῦ ἰδίου αὐτοῦ υἱοῦ, ὡς προείρηται, ἐκάλησε. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ὁ αὐτὸς σοφώτατος Παυσανίας ποιητικῶς συνεγράψατο.* Hoc loco non sine veri specie idem Pausaniae liber indicari videtur quem *ἐν τῷ περὶ Ἀντιοχείας* nominat Stephanus. Galenus loco in Fabricii Bibl. Gr. V, p. 307. Harl. prolato haec habet: *Παυσανίας ἀπὸ τῆς Συρίας σοφιστὴς εἰς Ῥώμην ἀφικόμενός ποτε κ. τ. λ.* Hunc Syrum in Stephani locis prolatis et apud Malalam intelligendum esse putat Siebelisius. Alium locum non spernendae auctoritatis indicavit mihi nota Palmerii margini editionis Xylandro-Sylburgianae adscripta, quam bonae frugis refertam appono. Legitur autem pag. 501, col. 2, lin. 58.: „Turbat Constantinus Porphyrogeneta qui in Themate Anatolico et Armeniaco [ap. Banduri Venet. 1729. p. 4, 12; ed. Paris. p. 5.] patriam Pausaniae assignat Damascum. Sic scribitur: de nomine Armeniaei thematis quod ait novum est et a nullo antiquorum usurpatum [sequentia a Palmerio corrupte prolata ex ed. Bandur. describo]; *οὔτε γὰρ Στράβων ὁ γεωγράφος τῆς τοιαύτης ὀνομασίας ἐμνήσθη καίτοι Καππαδόκης ὢν τὸ γένος ἐξ Ἀμασείας τῆς πόλεως, οὔτε Μένιππος ὁ τοὺς στα-*

διασμοὺς τῆς ὅλης οἰκουμένης ἀπογραψάμενος, οὔτε μὴν Σκύλαξ ὁ Καρυανδηνὸς, οὔτε Παυσανίας ὁ Δαμασκηνὸς, οὔτε ἄλλος τις τῶν ἱστορίας γεγραφότων. Ad quod respondeo mancum vel corruptum esse hunc Constantini locum, ut saepissime apud illum autorem evenit. Et primum quidem putabam mancum esse locum et scribendum: οὔτ' αὐτὸς Παυσανίας, οὔτ' ὁ Δαμασκηνός; de Nicolao nempe Damasceno putans intellexisse Constantinum, qui saepe ita vocatur ab autoribus, Δαμασκηνός scilicet κατ' ἐξοχήν sine additione proprii nominis; quod non est absimile a vero, cum paulo supra Constantinus dixerit οὔτ' ἄλλος τις τῶν ἱστορίας γεγραφότων, quorum praecipuus fuit ille Nicolaus. Postea vero putavi posse etiam fieri ut corruptus esset locus et debere legi pro Δαμασκηνός — Μαζακηνός, quod firmaret coniecturam Sylburgii. Μάζακα enim est Καισάρεια, quae est eadem et urbs Cappadociae.“ Haec Palmerius. Palmaris mihi videtur coniectura secundo loco prolata; Syrum enim et Damascenum non moror, praesertim quum Galeni ieiuna commemoratio Pausaniam Syrum agnoscere non cogat, eiusque verba eam etiam admittant interpretationem quam a Siebelisio damnatam proposuit Goldhagen in Praef. ad versionem germanicam ἀπὸ Συρίας εἰς Ῥώμην ἀφικόμενος copulans. Quum Stephanus s. v. Δῶρος, loco supra adscripto, patriae nomen non addat, ad hanc quaestionem nihil facit. Restat igitur Pausanias Caesariensis s. Mazacenus Cappadox a Philostrato, Suida (qui eius scripta enumerat περὶ συντάξεως βιβλίον ἕν, προβλημάτων βιβλίον ἕν, καὶ ἕτερα) et Constantino Porphyrogeneta commemoratus; num hunc auctorem Descriptionis Graeciae fuisse cum quadam veri specie poterit comprobari? Nolim equidem negare; commemorat Periegeseos auctor III, 16, 8 signum Tauricae Dianae apud Cappadoces; VI, 2, 7. Fortunae signum apud Syros Orontis accolas Eutychidae opus; fabulam quam de Daphne narrant Syri Orontis accolae referre non vult VIII, 20, 2; Seleuciae ad Orontem praedicat magnificentiam VIII, 33, 3; laurus apud Syros vetustissima VIII, 23, 5; Orontis fluvii cursum describit et corpus inventum quum imperator navibus pervium usque ad Antiochiam reddere vellet fluvium VIII, 29, 3. 4; flavam aquam describit prope Ioppen Hebraeorum urbem, fabulamque de ea subnectit IV, 35, 9;

Sileni sepulcrum in Hebraeorum finibus commemorat VI, 24, 8; item monumentum Helenae Hierosolymis VIII, 16, 5; de natalibus Sabbae Sibyllae Hebraeae varias refert narrationes X, 12, 9; lacum Tiberiadem, mare mortuum eiusque naturam, Iardanis fluvii cursum ita describit, ut ipsum oculis usurpasse non dubites V, 7, 4; scientiam quandam linguae Phoeniciae prodit IX, 12, 2. Quae omnia si comprehendimus hanc Asiae partem peragrasse Pausaniam non dubitabimus; composuisse itineris descriptionem, quod per se iam satis est probabile, magnam veri speciem accipit locis e Malala, Stephano Byzantino et Constantino Porphyrogeneta supra appositis. At nisi fallor ipse noster Pausanias emendatus hoc iter Syriacum respicit loco quodam Descriptionis Graeciae. Miraris? Audi! Appono Tibi locum (VIII, 43, 4.) qualem Bekkerus restauravit: *χρημάτων δὲ ἐπιδόσεις ὁπόσας καὶ Ἕλλησι καὶ τοῦ βαρβαρικοῦ τοῖς δεηθεῖσι, καὶ ἔργων κατασκευὰς ἔν τε τῇ Ἑλλάδι καὶ περὶ Ἰωνίαν καὶ περὶ Καρχηδόνα τε καὶ ἐν γῇ τῇ Σύρων, τάδε μὲν ἄλλοι ἔγραψαν ἐς τὸ ἀκριβέστατον.* Iam inspice apparatum nostrum: MAgLb habent *τάδε μὲν ἄλλοις ἔγραψαν*, Va quod unice mihi placet *τάδε μὲν ἐν ἄλλοις ἔγραψα.* Postquam *ἐν* a praecedente *μὲν* absorptum erat (exempla gemina afferre vix operae pretium duco) *ἄλλοις ἔγραψα* sponte quasi abiit in *ἄλλοι ἔγραψαν*; genuinae tamen lectionis vestigia conservarunt MAgLb. Quam proni vero fuerint librarii ad permutandam primam personam cum tertia luculentis demonstratur exemplis: III, 26, 11, not. 41. ubi itidem veram lectionem *κατηρίθμησα* solus conservavit Va; reliqui in *κατηρίθμησαν* detorserunt; porro VIII, 5, 1. not. 5. ubi genuinum *ἔγραψα* soli offerunt gemelli MVa; reliqui in *ἔγραψαν* depravarunt; VIII, 23, 2. not. 5 pro *ἐδήλωσα* habet *ἐδήλωσαν* La, qui ut reficeret iniuriam V, 4, 4. not. 17. solus genuinum *ἔθαψαν* servavit pro eo quod reliqui habent *ἔθαψε.* Iam vero si codicis Va lectio per se iam admodum probabilis et rationibus palaeographicis confirmata (addo formulam *ἐν ἄλλοις ἔγραψα* esse quasi solemnem; conf. v. g. Plutarch. Phoc. c. 29. Lucian. quemad. hist. conscr. c. 23 fin.) genuinum Pausaniae sensum nobis servavit, quis est cui in oculos non incurrat, quam egregie haec cum Ioannis Malalae verbis conveniant? Quis est cui sponte non se offerat suspicio Periegeseos auctorem Syriae respicere

descriptionem ab aliis Pausaniae nomine laudatam? Has observationes quibus difficilem de Pausaniae persona atque patria quaestionem ad dilucidum perduxisse neutiquam mihi videor Tibi aliisque quorum interest propono diiudicandas; equidem ad maiorem non adspiro laudem quam congessisse materiam fortasse non prorsus inutilem.

Ab iis qui codices conferunt multo maiorem nunc postulari curam atque religionem quam a maioribus nostris factum est inter omnes constat; idque non temere; nam de codicis indole, auctoritate, genealogia, patria[a]) iudicium ferri non potest ubi pro arbitrio tantum delecta lectionum varietas proponitur, ubi minutiae quas vocant silentio praetermittuntur, ubi lectionum monstra cum contemtu quodam despiciuntur. Non in hac sola enim arte verum est res per se fortasse minutas cum aliis coniunctas vim quandam addere rationibus non spernendam et res maximas non raro erui e levissimis quisquiliis. Verbum repetitum, litera vel syllaba expuncta aut litura deleta, compendium scripturae, monstrum lectionis, macula adeo codici adspersa et quae sunt huius generis reliqua saepe ad diiudicandam codicis auctoritatem maiorem exercent vim quam optimarum lectionum delectus. Quare verissime ii iudicant qui ex solo apparatu critico sine codicum nonnullorum certe accurata cognitione textum constituere lubricam censent rationem, quum sint non adeo pauca quae apparatus cura vel maxima collectus reddere non possit. Quae res me permovit ut notas aliquot commentarii nostri, ubi alia falso, alia non satis accurate reddita sunt corrigenda mihi sumerem, quamvis leviora fortasse videri possint vitia. Loquor autem de notis 4 et 5. 29 — 33. capitis 34. libri primi (in cuius initio, quod obiter moneo pro *Βοιωτίαν τὸ ἐξ ἀρχῆς οὖσαν* legendum puto *Βοιωτίας*[b]). Hoc loco et in capitis fine codex La id habet singulare ut nulla omissa litera (si unum excipias exemplum) in ipsis versibus offerat spatia pura duos fere digitos lata et qui-

a) In Praefat. ad Vol. I. p. XVIII. codicem Mosq. describentes quid sibi velit inscriptio *ἰβήρων* ignorare professi sumus; cuius rei nunc me pudet. Est nimirum celeberrimum illud in Monte Atho Georgianorum monasterium, de quo conferendus Montfaucon in Palaeogr. graec. p. 437 et 473; quem locum mihi humanissime indicavit Kopitarius, Bibliothecae Vindobonensis Caesareae custos doctissimus; Tibi, ut ad me scripsisti, Tafelius, collega Tuus in his regionibus versatissimus.

b) Est confusio compendiorum *J* et 6.

dem his intervallis: *ἡ μὲν*[a]) | *οὖν πόλις ..... συγγραφὴν παρε* | *χομένη· ἀπέχει .... μάλιστα ἱε* |[b]) *τοῦ ἀμφιαράου ..... θηβῶν δια* | *στῆναι τὴν γ..... ὑπεδέξατο* | *πλὴν οὐ ταύτῃ ... ἰοῦσιν ἐς* | *χαλκίδα ...* Quae sequuntur sine intervallo integris versibus scripta sunt usque ad *ἐνομίσθη θεὸς δι᾽ ὁ* | *νειράτων τῶν μαντικὴν .... καθήρασθαι* | *νομίζουσιν .... ἔστι δὲ καθαρο* | *τῷ θεῷ θύειν .... ὅσοις ἐστὶν ἐπὶ τῷ* | *τὸ τὰ ὀνόματα ... κριὸν θύσαντα* | *καὶ τὸ δέρμα ...* Sequuntur versus integri. Intervalla similia habet Lb: *ὅσοις ἐστιν ἐπὶ το* | *τὰ ὀνόματα .... θύσαντες* | *καὶ τὸ δέρμα ...*) Discimus ex his intervallis in codice illo unde La fluxit versus hoc loco (nescio quam ob causam, fortasse calami lusu, fortasse quod potius crediderim propter membranae quoddam vitium, et in capitis fine ob spatium literae initiali *N* vocis *νῆσοι* ut solent librarii relictum) fuisse breviores sed eosdem aequalis fere longitudinis, nimirum 48, 46 (49), 47, 44, 48 et 55, 50 (53), 48, 47 literarum. Porro inde possumus perspicere quanta religione et quam inepta interdum diligentia librarii exemplar suum reddiderint[d]); quod non satis potest inculcari iis qui quamvis codicem fortasse nunquam viderint in eo tamen sibi placent ut posthabita librorum mstorum auctoritate negligentiae, oscitationis et quae sunt reliqua, crimina in librarios coniiciant. Cognoscimus denique ex intervallis La et Lb communibus affinitatem quandam codicum de qua aliunde non satis constat, quum Lb eiusdem ordinis sit cum MVa, qui nullum eiusmodi intervallorum conservarunt vestigium, La vero proxime ad Pa accedere videatur. — Addo aliam correcturam commentarii nostri. Est locus IV, 15, ubi notae 10 et 15 non satis accurate reddunt lectionem codicis Lb; sic enim habet liber ille: *λεωτυχίδης δὲ μετὰ πατρὸς καὶ ἐς ζευξίδαμον ὑϊδοῦν ὄντα ἡ θεοπόμπου περιῆλθεν ἀρχή. λεωτυχίδης δὲ δημαράτου βασ. φαίν. τοῦ ἀριστ.* Illo igitur codice unde Lb derivatur,

---

a) Memorabile quod etiam Lb hoc ipso loco habet intervallum.

b) omisso —*ρον*.

c) Secundum hanc *accuratam* descriptionem corrigendae sunt notae supra indicatae.

d) Aliud exemplum apponere lubet; IV, 33, not. 24. in codice unde descripti sunt nostri *νικήσειν* per compendium solemne (″ sup. vers.) scriptum fuerat; id expressit Pd *νικησ″*; Ag mutavit in *νικησ᾽*; RPcLb reposuerunt *νίκης*.

Θεοπόμπου προαπέθανε τοῦ | erat in fine versus; sequens complectebatur verba *πατρὸς καὶ ἐς Ζευξ.* usque *Λεωτυχίδης δὲ* (erat itaque versus 66 literarum); versus tertius incipiebat *μετὰ Δημάρατον* etc. Iam librarius scripto *μετὰ* aberrans rediit ad initium versus praecedentis eumque integrum denuo descripsit, qua in re id tantum non satis perspicio, quam ob causam non repetierit *μετά*.

Ubi omissione peccatum est in commentario nostro ignoscet, sic spero, aequus lector; nam omnia conquirere quae de emendando scriptore alicubi dicta sunt, neque temporis patiuntur angustiae, neque animus morae impatiens. Multa sine ullo detrimento omitti poterant; alia neglecta doleo. Huius generis est egregia emendatio ad III, 23, 2, quam proposuit Puillon Boblaye in libro bonae frugis refertissimo Recherches géographiques sur les ruines de la Morée. Paris, 1836. Audiamus quae p. 99 refert vir doctissimus: Pausanias, en se rendant *par mer* de Boees au cap Malea, trouve un lac nommé Nymbaeum, et tout auprès de la mer une grotte d'où jaillit une fontaine d'eau douce. Nous avons parcouru cette côte élevée et aride sans y trouver de lac, et Pausanias dut en trouver encore moins, *en s'y redant par mer*. En changeant *λίμνη* en *λιμήν*, le sens devient plus probable, et il s'agirait du port Santa-Marina, au fond duquel une foible source coule d'une grotte, au-dessous de la chapelle. Mihi quidem haec emendatio non videtur dubia; in textum recipi debuit. Sic *λιμήν* et *λίμνη* confusa videmus V, 13, not. 21. VII, 24, not. 66. — Mox (p. 101. sq.) idem Boblaye rationibus haudquaquam spernendis docet, III, 24, 2. pro *ἕξ που στάδια* legendum esse *ἑκατὸν στάδια*, quum inter Hieraca (Zarax) et Kyparissi (Cyphanta) intervallum sit 105 stadiorum olympicorum. Equidem non *ἑκατὸν στάδια*, sed *ἑκατόν που' στάδια* haud ambigue probo. — III, 22, 2. legimus: *Μενέλαος δὲ Ἴλιον ἑλὼν καὶ ἔτεσιν ὕστερον ὀκτὼ μετὰ Τροίας πόρθησιν οἴκαδε ἀνασωθεὶς ἄγαλμα Θέτιδος καὶ θεᾶς Πραξιδίκας ἱδρύσατο ἐγγὺς τῆς Μιγωνίτιδος.* Mirari fere subit quod nullus editorum in inepto Dorismo *θεᾶς Πραξιδίκας* offendit; primus corruptelam vidit et medelam attulit haud dubiam God. Hermannus (Opusc. VI, 2. pag. 208.) *θεὰς Πραξιδίκας* scribens. Sic saepius, v. g. II, 11, 2. scribit Pausanias

τῆς Ἥρας ἣν ἱδρύσατο Ἄδραστος. Deas vero Praxidicas idem commemorat: *Ἁλιαρτίοις δέ ἐστιν ἐν ὑπαίθρῳ θεῶν ἱερὸν ἃς Πραξιδίκας καλοῦσιν.* IX, 33, 3. — Versus varie tentatos IV, 1, 8. sic restituit Lobeck Aglaoph. II, p. 1251:

ἥγνισα δ' Ἑρμείαο δρόμους [σταδίου] τε κέλευθα,
[Δά]ματρος καὶ πρωτογόνου κούρας· ὅθι φασὶ
Μεσσήνην θεῖναι μεγάλαισι θεαῖσιν ἀγῶνα
Φλυάδεω Κλείνοιο γόνῳ Καύκωνι ἀδοῦσαν.

„quae ad meam sententiam correxi non ut poetae manum restituerem sed ut sensus pateret. Apparet hinc Mercurium deabus magnis, ut Samothraciae, adiunctum fuisse," addit vir doctissimus. Mihi quidem proxime ad genuinam lectionem haec coniectura, quacum concinit fere Porsonus, accedere videtur. —

Examinemus locos quosdam ubi lacunis delitescentibus corrupta videtur oratio. In Laconicorum capite octavo, initio, sic habent editiones: *Ἀρχιδάμου δὲ ὡς ἐτελεύτα· καταλιπόντος παῖδας Ἆγίς τε πρεσβύτερος ἦν ἡλικίᾳ καὶ παρέλαβεν ἀντὶ Ἀγησιλάου τὴν ἀρχήν. Ἐγένετο δὲ Ἀρχιδάμῳ καὶ θυγάτηρ ὄνομα μὲν Κυνίσκα κλ.* Neminem in his verbis offendisse miror. Primo enim ieiuna haec filiorum commemoratio, *καταλιπόντος παῖδας*, ubi nomina omittere vix potuit Pausanias, praesertim quum accurate addat praeter prolem hanc masculam Archidamo Cyniscam filiam fuisse, dici non potest quantopere displiceat. Deinde *τε* post *Ἆγις* prorsus non habet quo referatur; quominus enim cum sequente *καὶ* coniungamus obstat verborum ordo; hoc si voluisset Pausanias procul dubio *πρεσβύτερός τε ἦν* scribere debuit. Accedit denique quod *καὶ* post *ἡλικίᾳ* omittunt codices MVaLbPcAg, id est libri melioris notae omnes. Quare locum mutilum et corruptum sic restituendum puto: *Ἀρχιδάμου δὲ ὡς ἐτελεύτα καταλιπόντος παῖδας Ἆγίν τε [καὶ Ἀγησίλαον, Ἆγις] πρεσβύτερος ὢν ἡλικίᾳ παρέλαβεν ἀντὶ Ἀγησιλάου τὴν ἀρχήν.* Quid in errorem induxerit librarium neminem latet; reliquae vero corruptelae ex hac omissione necessario quasi procreatae sunt. — III, 26, 11. editiones habent. *Τῆς δὲ χώρας τῆς Γερηνίας ὄρος Καλάθιόν ἐστι, καὶ ἐν αὐτῷ Κλαίας ἱερὸν καὶ σπήλαιον παρ' αὐτὸ τὸ ἱερόν.* Locus sic satis videtur expeditus, at latet

hiatus; pro ἔστι καὶ codices omnes habent ἔστιν et post Κλαίας meliores omittunt ἱερὸν; offendit praeterea Κλαίας nomen ceteroquin incognitae. Equidem hanc deam vel Nympham ignorans Deae cuiusdam fortasse Dianae esse cognomen suspicor et sic fere a Pausania scriptum puto: Τῆς δὲ χώρας τῆς Γερηνίας ὄρος Καλάθιόν ἐστιν· [Ἀρτέμιδος δὲ ἱερόν ἐστίν] ἐν αὐτῷ Καλαθίας καὶ σπήλαιον παρ' αὐτὸ τὸ ἱερόν. Aberravit librarius a priori ἐστίν ad posterius; tum sciolus quidam obturavit hiatum parum dextre obtrudens Pausaniae καὶ et inepto loco ἱερόν. — X, 29, 5. in editionibus sic legimus: ἦσαν γὰρ δὴ ἡ μὲν ἐξ Ὀρχομενοῦ τοῦ ἐν Βοιωτίᾳ Χλῶρις· εἶπον δὲ καὶ ... Hiare locum post alios vidit Bekkerus lacunamque indicavit inter ἡ μὲν et ἐξ Ὀρχομενοῦ, parum quantum video apte. δὴ om. Va; ἤδεσαν (expuncto δὲ) δὲ δὴ ἡ μὲν Vb. „Amasaeus legisse videtur ἦν; sed si ἦσαν vera est lectio post Χλῶρις aliquid exciderit necesse est.“ Facius. Contraria tuetur Siebelisius: „Nomen Χλῶρις hic suspectum est; pro eo in PcMAg [adde VaLb] χώρας reperitur. Hoc fortassis e margine illatum et correctoris manu in Χλῶρις mutatum est; accessit deinde ἡ μὲν vel e praecedente δή vel e sequente τῇ μὲν enatum. Nos igitur hunc locum interpolatum et μὲν Χλῶρις [voluit procul dubio ἡ μὲν Χλῶρις] expungendum existimamus.“ At, pace sit dictum viri doctissimi, nimis levia et inania sunt haec argumenta, quum neque quid in margine sibi voluerit illud χώρας satis perspiciatur, neque quomodo vel e praecedente δή vel e sequente τῇ μὲν enasci ἡ μὲν potuerit omnino appareat. Id quidem facile concedo Siebelisio Chloridis nomen ab interpolatione esse profectum, augetque suspicionem quod addito articulo ἡ Χλῶρις habent Vb La; in eiusmodi enim enunciationibus alterum nomen omittere solet Pausanias, quod non uno loco interpolationi praebuit occasionem. Sic, ne desint exempla, VIII, 44, 4. (3 fin. ed. Sieb.) acute vidit Siebelisius ὁ Εὐρώτας post Λακεδαιμονίων esse glossema; eodem colore suspectum mihi est X, 8, 2. οἱ Φωκεῖς post τολμήματος ἕνεκα[a]). Iam ut redeamus ad locum

a) Quum I, 35, 2. plane non perspiciatur quomodo Εὐρυσάκους τοῦ a librario in textum inferri potuerit, haec verba uncis notata nolim; horridi uncis evaderent libri si cancellos adhibere velimus ubi genealogiae heroicae inter se non conveniunt.

nostrum, medelam — si medela est lacunam non explere sed aperire — offerunt Pa*La qui post *Χλῶρις* inserunt aptissime *ἡ δέ.* Excedit Thyiae commemoratio quae secundum Pausaniam X, 6, 4. Castalii (non Cephisi ut Siebelis ad h. l. docet), Herodoto teste VII, 158. Cephisi, Hesiodo auctore (fragm. 26. Göttling.) Deucalionis filia putabatur; quae genealogiae ad Orchomeni viciniam omnes deducunt; quare locum scribendum et sic fere explendum censeo: *ἦσαν γὰρ δὴ ἡ μὲν ἐξ Ὀρχομενοῦ τοῦ ἐν Βοιωτίᾳ [ἡ Χλῶρις], ἡ δὲ [Θυία Κασταλίου τοῦ αὐτόχθονος θυγάτηρ ἐκ τῆς ὁμόρου περὶ τὸν Παρνασσὸν] χώρας. εἶπον δὲ καὶ κ. τ. λ.* Excidit versus sexaginta fere literarum. — V, 9, 3. *Ὁ δὲ κόσμος ὁ περὶ τὸν ἀγῶνα ἐφ' ἡμῶν, ὡς θύεσθαι τῷ θεῷ τὰ ἱερεῖα πεντάθλου μὲν καὶ δρόμου τῶν ἵππων ὕστερα ἀγωνισμάτων, οὗτος κατέστη σφίσιν ὁ κόσμος Ὀλυμπιάδι ἑβδόμῃ πρὸς ταῖς ἑβδομήκοντα.* Mutilum esse hunc locum dudum mihi persuasum fuit, lacunamque in exemplari meo indicavi; quare neque in textu neque in commentario nostro hiatum indicatum esse moerore quodam me afficit. Verba *τῶν δὲ λοιπῶν πρότερα* ante *ἀγωνισμάτων* addenda esse suspicatur Bekkerus. Alia ratione eaque multo audaciori procedit Böckhius, qui sic refingit locum nostrum: *πεντάθλου μὲν καὶ δρόμου τῶν ἵππων ὑπὲρ ἀγωνισμάτων τῇ προτεραίᾳ, ὑπὲρ δὲ τῶν λοιπῶν ὕστερα ἀγωνισμάτων.* Neutrum Hermanno (Opusc. VI, p. 14) placuit; ipse excidisse versum lacunamque hoc fere modo implendam esse existimat: *ὡς θύεσθαι τὰ ἱερεῖα πεντάθλου μὲν καὶ δρόμου τῶν ἵππων ὕστερα, [πρὸ τούτων δὲ γεγενημένων τῶν ἄλλων] ἀγωνισμάτων.* Excidisse versum mihi persuasit vir doctissimus; de restauratione dubito; quae enim inserere velit triginta sunt literae; versus vero in codicibus unde nostri descripti sunt sexaginta fere literas complexos esse in Praefatione ad Volumen Pausaniae primum demonstratum est, unde excidisse plura vix est quod dubitemus. Ipse vero quum explere lacunam non audeam, eam indicare tantum tutissimum existimo; quare sic editum velim: *πεντάθλου μὲν καὶ δρόμου τῶν ἵππων * * * ὕστερα ἀγωνισμάτων, οὗτος κατέστη σφίσιν κ. τ. λ.* — Alius locus non minus impeditus est, I, 35, 2, ubi codices meliores MPcAgVnLab et R ante rasuram (vid. var. lect. not. 5.) sic habent: *πρῶτον δὲ ἐν τῇ νήσῳ*

θέσθαι τοῦτον ἀπὸ τῆς μητρὸς Σαλαμῖνος τῆς Ἀσωποῦ καὶ ὕστερον Αἰγινήτας τοὺς σὺν Τελαμῶνι ἐποικῆσαι. Haec non esse sana nemo non videt. Tibi locus restitutus videtur ὄνομα scribendo cum Siebelisio pro ἐν et θέσθαι τοῦτο Κυχρέα ἀπὸ τῆς μητρὸς Σαλαμῖνος (ubi, quod in transitu moneo, latina non respondent graecis) e coniectura Sylburgii probata a Kuhnio, receptâ a Clavierio; „quum Codd. Pausaniae alias etiam nomina propria omittant.“ Mihi, quod pace Tua sit dictum, his mutationibus non sanatum videtur vulnus, sed cicatrix obducta. Pro eo quod in Te cognovi veritatis studio haud aegre feres si contra Te pugno. Ὄνομα per compendium scriptum facile abire in ὄν, et ab hoc pronam esse permutationem in ἐν lubens Tibi concedo; neque in eo me habebis difficilem quod τοῦτο probasti pro τοῦτον; in partes enim Tuas vocare potes codices quosdam; etiam in nominibus propriis varie a scribis turbatum esse largior Tibi ad exemplorum seriem a Te in Epistola critica ad Boissonadium p. 22 et a Iacobsio in Lectionibus Stob. p. 51. congestorum provocanti: sed id me in illa Tua lectione offendit, quod ea neque sensus perspicuitati neque orationis concinnitati satis consulitur; sequens enim ἐποικῆσαι non bene respondere praecedenti ὄνομα θέσθαι manifestum videtur. Homoeoptoton lacunae occasionem dedisse equidem suspicor, atque sic fere locum restituo: πρῶτον δὲ ἐν τῇ νήσῳ [γενέσθαι Κυχρέα φασὶ καὶ τὸ ὄνομα τῇ νήσῳ] θέσθαι τοῦτον ἀπὸ τῆς μητρὸς Σαλαμῖνος τῆς Ἀσωποῦ, καὶ ὕστερον Αἰγινήτας τοὺς σὺν Τελαμῶνι ἐποικῆσαι. Si excidit versus lacuna maior statuenda est, quod ad veritatem propius accedere videtur, quoniam Cychrei nomen sic nude sine patris commemoratione a Pausania positum vix mihi persuadeo.

Est omnino lacunarum ea natura ut praeprimis ad cautionem nos provocent; magna quidem circumspectione opus non est ubi aperte hiant; at optimus quisque facile titubat ubi sinistrâ industriâ lacunas obtexit fallax librarii vel editoris interpolatio. IX, 27, 6. legimus: Ἡρακλέα ταῖς θυγατράσι πεντήκοντα οὔσαις ταῖς Θεστίου συγγενέσθαι πάσαις πλὴν μιᾶς ἐν τῇ αὐτῇ νυκτί· ταύτην δὲ οὐκ ἐθελῆσαί οἱ τὴν μίαν μιχθῆναι· τὸν δὲ νομίζοντα δικάσαι, μένειν παρθένον πάντα αὐτὴν τὸν βίον ἱερωμένην αὐτῷ. Haeserunt, nec immerito,

interpretes in voce *νομίζοντα* quam alii aliter corrigere conati sunt, frustra omnes quum lacunam non viderent delitescentem. Verba enim *τὸν δὲ* ignorant codices, unde a Musuro de suo esse illata facile concluditur, at quam sinistre, satis iam potest perspici e sequente *νομίζοντα* quod nunc aut sensu plane caret, aut mutandum est. Debebat certe Musurus, ut probus eruatur sensus simulque lacunae causa per homoeoptoton indicetur, sic fere locum refingere: *μιχθῆναι· [τὸν δὲ ὑβρισθῆναι] νομίζοντα δικάσαι κλ.* Cautius tamen lacuna non expletur, sed indicatur. — Sunt alii loci mala interpolatione male restituti; exemplum luculentum habemus X, 32, 10: *τὰ δὲ τῶν ἐν τῇ πόλει μάλιστα ἐς λόγον ἥκοντα Ἀθηνᾶς ἐστὶν ἄλσος καὶ ναός τε καὶ ἄγαλμα, καὶ ἐς μνήμην Ἀντιόπης μνῆμά ἐστι καὶ Φώκου.* At sana haec sunt, inquiunt; nego equidem atque pernego; si enim verba ut ab editoribus tradita sunt accuratius contemplamur, *τὰ ἥκοντα ἐς λόγον* cum Pausaniae dicendi ratione parum convenire concedere debemus; saepissime enim *τὰ ἥκοντα ἐς μνήμην* in libro nostro invenitur, non aeque *τὰ ἥκοντα ἐς λόγον.* Atque hoc ipsum *ἐς λόγον* Pausaniae invito obtrusum esse a Musuro inde patet quod ab omnibus abest codicibus. Iam si porro non defunctorie tantum legibus sequentia mirari fere subit, quomodo sicco pede transire potuerint interpretes anteriores. Nam ubi tandem Pausanias noster sic locutus est: *καὶ ἐς μνήμην Ἀντιόπης μνῆμά ἐστι καὶ Φώκου?* Verene *μνῆμα ἐς μνήμην?* Valeat mihi Musurus cum suo *ἐς λόγον*; equidem genuinam Pausaniae lectionem sic restituo: *τὰ δὲ τῶν ἐν τῇ πόλει μάλιστα ἥκοντα ἐς μνήμην Ἀθηνᾶς ἐστὶν ἄλσος καὶ ναός τε καὶ ἄγαλμα· καὶ Ἀντιόπης μνῆμά ἐστι καὶ Φώκου.* Verba *ἐς μνήμην* librarius quum a se praetermissa videret margini adscripsit, unde postea in locum ineptum irrepserunt. Locum geminum ne longe quaeramus offert Pausanias hoc ipso libro cap. 38, 5. *καὶ τὰ μάλιστα ἥκοντα ἐς μνήμην ἔστι μὲν μνῆμα Ἀμφίσσης, ἔστι δὲ Ἀνδραίμονος.*

Diversa est ratio earum interpolationum ubi librarius ad explicandam, ad confirmandam aut ad refellendam sententiam margini apposuit observationem, quam deinceps alii saepe, vel minus attenti vel nimis religiosi in ipsum quem dicunt textum admittebant; nec desunt exempla, quibus observatio

quaedam ab ipso libri auctore absoluto iam opere addita videatur. Eiusmodi additamenta his v. g. locis invenisse puto; VII, 22, 1. verba ὁ αὐτὸς, ἐμοὶ δοκεῖν, — καλούμενος Πεῖρος. Eodem capite segmento 5. in verbis ἐν Φαραῖς — λογάδων ἐστί additamentum ab ipso auctore serius additum deprehendere non immerito sibi visus est Siebelisius. Eadem est indoles verborum τὸ σχῆμα ἑτέρωθι δηλώσω IV, 31, 7. ubi respicit locum VII, 18, 10. Porro notandi sunt loci V, 14, 1, ubi verba λέγονται δὲ κατὰ ταὐτὰ — τὰς μυίας; et V, 16, 4, ubi σὺν δὲ αὐτῇ — τῶν ἀρσένων serius additamentum sapiunt. His addi potest VIII, 37, 2. ubi ἐν δὲ τῇ στοᾷ — ἔχον τὰ ἐς τὴν τελετὴν observatio esse videtur serius addita. Luculentum denique habemus exemplum V, 12, 2. ubi eiusmodi observatione e margine illata omnis argumentatio turbatur. Adscripserat nimirum vel Pausanias ipse vel adversarius quidam verba ποταμίοις γε μὴν usque ὁρῶμεν ἐκ γενύων (sic ibi in nota 6 nostra legendum, non κρανίων), quibus in marginem relegatis unde irrepserunt et recepta cum La negandi particula recte procedit argumentatio. IX, 2, 4. verba ὁ δὲ Κιθαιρὼν τὸ ὄρος Διὸς ἱερὸν Κιθαιρωνίου ἐστὶν e margine irrepsisse videntur, cui ea adscripserat sive Pausanias, sive alius quidam ad praecedens καθότι δὲ τοῦ Κιθαιρῶνος. Turbant autem haec verba orationem, quum et ipsa loco inepto legantur, et quae sequuntur ἃ δὴ καὶ ἐς πλέον ἐπέξειμι etc. non habeant quo referantur; nam nullo amplius loco neque de Cithaerone monte Iovi sacrato, neque de Iove Cithaeronio apud Pausaniam sermo est. Eiectis vero his verbis recte omnia procedunt; ἃ δὴ καὶ etc. refertur ad Oedipodem eiusque ad σχιστὴν ὁδὸν patratum facinus; respicit Pausanias locum X, 5, 3. —

Diversa sunt ab eiusmodi observationibus ad illustrandam vel corrigendam rem appositis glossemata proprie sic dicta, quae in explicandis verbis maxime versantur et plerumque iam indole sua originem produnt suppositiciam. Nimii saepe sunt editores in fingendis glossematibus, quae difficultates faciunt vel omnino quae ipsis videntur incommoda ad marginem ablegantes. Mihi quidem temeraria et damnanda videtur quaevis glossematis suspicio, cuius non est manifesta et in oculos quasi incurrens causa; non temere iaciuntur glossemata, sed quum a lectori-

bus attentis proficisci soleant ratione quadam et rei explicandae et constructioni grammaticae adaptata praedita sint necesse est. Quae si tenemus glossematum numerus in libris nostris valde diminuetur aliaque multis locis quaerenda erit medela; at veritati potius quam commoditati est inserviendum. Quare ne ipse in temeritatis crimen incurrere Tibi videar, praeter id quod supra proposui (ad X, 8, 2.) unum nunc profero exemplum, ubi glossemate turbatam suspicor orationem. Est autem IV, 33, 7. *διαβάντων δὲ Ἠλέκτραν Ἀχαΐα τε ὀνομαζομένη πηγὴ καὶ πόλεώς ἐστιν ἐρείπια Δωρίου. πεποίηκε δὲ Ὅμηρος μὲν Θαμύριδι ἐνταῦθα ἐν τῷ Δωρίῳ γενέσθαι τὴν συμφοράν*; ubi *ἐν τῷ Δωρίῳ* purum putum glossema ad praecedens *ἐνταῦθα* esse videtur.

Ad interpolationes referre nolim neque librariorum correcturas supervacaneas neque varias lectiones inepte in textum receptas. Quot quantasque turbas infelix haec industria excitaverit in Praefatione ad Volumen I. multis iam exemplis comprobatum est; unum hoc loco addere placet. IV, 27, 10. Pausanias plures recenset populos patria profugos et post diuturnum exilium in pristinas sedes reductos; in quibus etiam Orchomenii commemorantur: *καὶ Ὀρχομενίων δὲ οἱ Μινύαι μετὰ τὴν μάχην τὴν ἐν Λεύκτροις ἐκπεσόντες ὑπὸ Θηβαίων ἐξ Ὀρχομενοῦ, κατήχθησαν ἐς Βοιωτίαν ὑπὸ Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου.* Voluit Pausanias accuratius describere Orchomenum Boeoticam eamque distinguere ab Arcadica; at uti nunc legimus distinguit Minyas a reliquis Orchomeni incolis; sed nemo facile sibi persuadebit eos tantum Orchomeniorum qui Minyae erant a Thebanis pulsos fuisse. Medelam hucusque neglectam suppeditare videntur codices; alii enim habent *Ὀρχομενίων δὲ οἱ Μινύαι*, alii *Ὀρχομενίων οἱ δὲ Μινύαι*; quid

οι

igitur? Scriptum erat *Ὀρχομενίων δὲ οἱ Μινύαι*, quod legendum erat *Ὀρχομένιοι δὲ οἱ Μινύαι.* Dabo Tibi historiam huius corruptelae, lusu fortasse quodam ingenii inventam, at non prorsus quod spero ineptam. Invenit librarius in exemplari suo *ἐκβληθέντες ἐκ τῆς σφετέρας ὑπὸ Ἀθηναίων καὶ Ὀρχομένιοι δὲ οἱ Μινύαι* scriptura continua sine interpunctione; iam quum copularet *Ἀθηναίων καὶ Ὀρχομ.* — (sic autem copulasse probat lectio codicis La et distinctio codicis Ag,

quae procul dubio etiam in MPcdLb invenitur) necessario *Ὀρχομένιοι* transire debuit in *Ὀρχομενίων*. Errore perspecto ipse vel alius correcturus terminationi *ων* supra scripsit *οι*, quod deinde in ipsam lineam receptum in *οἱ* mutatum est; quo facto *ὑπὸ Ἀθηναίων καὶ Ὀρχομενίων. οἱ δὲ οἱ Μινύαι* legebatur; at sic stare quum non posset posterius *οἱ* deletum est. Nondum omnia sunt expedita. Unde enim repetitum illud in La *Ὀρχομενίων*? Omnium quotquot accuratius inspexi codicum summa religione una linea connectit varias lectiones codex La, unde haud inepta mihi oritur suspicio, etiam in his duas copulatas esse lectiones, *Ὀρχομενίων* et *καὶ Ὀρχομενίων*. Me quidem non fugit saepissime Pausaniam coniungere *καὶ — δὲ*; at si revera La duplicem nobis conservavit lectionem, *καὶ* illud falsae copulationi et ineptae interpunctioni originem debere manifestum totusque locus sic restituendus videtur: *ἐκβληθέντες ἐκ τῆς σφετέρας ὑπὸ Ἀθηναίων. Ὀρχομένιοι δὲ οἱ Μινύαι* rel. Sed haec de uno loco hactenus.

Transeo ad alios quosdam locos non certo quodam ordine ductus, sed casu fortuito delatus sicubi aliquid inveni quod dignum iudicio Tuo, nec plane infructuosum Pausaniae nostro videatur. Ne longius abeamus ab eo quem in praecedentibus tractavi loco, IV, 27, 5. verba *Ἐπαμεινώνδας δὲ ὥς οἱ τὸ χωρίον — μάλιστα ἐς οἰκισμὸν ἐφαίνετο ἐπιτήδειον, ἐκέλευεν ἀνασκοπεῖσθαι τοῖς μάντεσιν εἴ οἱ βουλήσεται ταύτῃ καὶ τὰ τῶν θεῶν ἐπιχωρῆσαι* varie tentata sunt, ut expositum est nota nostra 13, (ubi tamen linea sexta post *ἐπιχωρῆσαι* pro A scribendum est Ag). Nos expressimus Bekkeri lectionem, qui cum Musuro, quem reliquae sequuntur editiones, inseruit *εἰ*; qui *οὗ* vel *οἷ* - *ἐπιχωρήσοι* praetulerunt male *βουλήσεται* ad Epaminondam retulerunt quum debebant ad *τὰ τῶν θεῶν*, et ab hoc *βουλήσεται* pendet infinitivus *ἐπιχωρῆσαι*. Particulam *εἰ* necessariam esse nemo non videt, at non est inserenda, sed latet in otioso illo imo inepto *οἱ*, quare scribendum nunc suspicor: *ἐκέλευεν ἀνασκοπεῖσθαι τοῖς μάντεσιν εἰ βουλήσεται ταύτῃ καὶ τὰ τῶν θεῶν ἐπιχωρῆσαι.* — IV, 33, 6. *Πολίχνη τέ ἐστι καλουμένη καὶ ποταμὸς Ἠλέκτρα καὶ Κοῖος ῥέουσι.* Post *Ἠλέκτρα* AgPd, quibus adde La, *τε* inserunt, quae vestigia ad *καὶ ποταμοὶ Ἠλέκτρα τε καὶ*

Κοῖος ῥέουσι deducunt, quod placet. — Particulam *τε* a librariis saepe permutari cum articuli variis casibus et contra, inter omnes constat, neque id mirum in scriptura compendiaria, ubi literae vel terminationis compendia calamo saepe fugace literae *τ* suprascribi solebant. Quae ratio suadet ut ubi eiusmodi permutatione locus quidam impeditus evadit concinnior atque luculentior, in admittenda correctura simus faciles absque temeritate tamen. Sic equidem I, 5, 3. Bekkeri coniecturam *καὶ δὴ καὶ Πανδίων ἐβασίλευσεν ὅ τε Ἐριχθονίου καὶ ὁ Κέκροπος τοῦ δευτέρου·* haud cunctanter recipiendam duco. — IV, 8, 1. initio (ubi *ἐπήνησαν* post ducum allocutionem haud spernenda est lectio) *τῷ* post *δρόμῳ* cum SB uncis sepsimus; nunc magis placet *δρόμῳ τε ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους ἐχρῶντο καὶ ἀφειδῶς αὐτῶν εἶχον*; non enim perspicitur quam ob causam *τῷ* inseruerint librarii. — Haud minus facile confunduntur *τέ* ($\overset{\varepsilon}{\tau}$) et *τίς* ($\overset{;}{\tau}$; huius compendii vestigium V, 19, 6. in scriptura *τ'* conservarunt codd. quidam; videatur ibi nota nostra 16.); praemissa hac observatione duobus Pausaniae locis integritatem reddere mihi videor V, 17, 1. scribendo *παρέστηκε δὲ γένειά τις ἔχων* et V, 19, 6. reponendo *τοῦ Πολυνείκους δὲ ὄπισθεν ἕστηκεν ὀδόντας τις ἔχουσα οὐδὲν ἡμερωτέρους θηρίου.* — Particulae *τὲ* et *δὲ* non quidem ob figurae sed ob soni similitudinem confunduntur, praesertim ubi primo adspectu alterutra quasi sponte se obtulit. Sic III, 5, 1. *πολέμιος τῷ λόγῳ* particulam postulare videbatur adversativam; quare *τοῖς δὲ ἄρχειν ἐπιτραπεῖσιν — καταστησόμενος* scripserunt librarii; at non sunt haec sibi opposita sed arcte coniungenda, ita ut recte me iudice Coraes suspicaretur *Ἀθηναίοις πολέμιος τῷ λόγῳ τοῖς τε ἄρχειν ἐπιτραπεῖσιν - καταστησόμενος.* Bonam hanc coniecturam in commentario nostro praetermissam nunc video. — III, 17, fin. contra pro *Λακεδαιμόνιοί τε ἐκτελοῦντες πρόσταγμα* rel. reponere *Λακεδαιμόνιοι δὲ ἐκτελ.* vix dubito. Impeditior est locus IV, 15, 4. *παραιτουμένου τε, οὕτω στρατηγὸν αὐτοκράτορα εἵλοντο.* Pro *τε* oratio postulat *δὲ*; deinde si Schaefer. ad Lamb. Bos. p. 51. monet ne *παραιτούμενον* legamus, quum pronomen in hac loquendi forma saepe omittatur, in hoc quidem me habet consentientem; at quum sequens *οὕτω* apodosin cum vi quadam incipiat a sen-

tentia prorsus aliena, non inepte fortasse legas *παραιτουμένου δὲ αὐτοῦ, στρατηγὸν αὐτοκράτορα εἵλοντο.* Sed coniecturam paullo violentiorem Pausaniae obtrudere nolim.

Inveniuntur saepe loci qui per se quidem nihil habent offensionis, sed quos suspectos reddit comparatio locorum similium. Tu non raro me revocasti in terminos nimis evagantem et tentantem quae emendatione minime indigebant; recte fecisti; nam facile eiusmodi ardor abit in temeritatem; ab altera tamen parte non potest negari haec tentamina egregia artis criticae esse praeexercitamenta et saepe manifestas corruptelas detegi ubi primo adspectu ne levissima quidem mendi apparebat suspicio. Quare aegre non feres, sic Te novi, si locos quosdam, quos in editione nostra intactos reliquimus, sub censum revoco iisque sanis fortasse corruptelae suspicionem adspergo. Lib. I, 22, 6. legimus: *ἐνταῦθα ἐν ταῖς γραφαῖς Ὀρέστης ἐστὶν Αἴγισθον φονεύων καὶ Πυλάδης τοὺς παῖδας τοὺς Ναυπλίου βοηθοὺς ἐλθόντας Αἰγίσθῳ. τοῦ δὲ Ἀχιλλέως τάφου πλησίον μέλλουσά ἐστι σφάζεσθαι Πολυξένη.* Haec sana videntur; at si respicimus locos quales sunt IV, 2 fin. *προαποθανοῦσι πᾶσαι τοῖς ἀνδράσιν ἑαυτὰς ἐπικατέσφαξαν*; IV, 13, 4. *ἐνταῦθα Ἀριστόδημος — — ἐπικατέσφαξεν ἑαυτὸν τῆς παιδὸς τῷ τάφῳ*; VI, 21, 7. *Οἰνόμαον δὲ ἐπικατασφάξαι μὲν τὰς ἵππους τῷ Μάρμακι*; si consideramus X, 25, 10. ubi hunc nostrum locum respiciens Pausanias dicit *ἀποθανεῖν δὲ αὐτὴν* (Polyxenam) *ἐπὶ τῷ Ἀχιλλέως μνήματι ποιηταί τε ᾄδουσι κ. λ.*, non inepta videtur coniectura a Pausania scriptum fuisse: *βοηθοὺς ἐλθόντας Αἰγίσθῳ, τοῦ δὲ Ἀχιλλέως τάφου πλησίον μέλλουσα ἐπισφάζεσθαι Πολυξένη.* Eadem confusione hoc ipso capite §. 7. M pro *ἐστι πέτεσθαι* habet *ἐπιπέτεσθαι*; alia exempla ubivis sunt obvia. — III, 3, 1. posterius *ἀποικίαν* expungendum et punctum post *Ζεφυρίῳ* in virgulam mutandum censeo; sequens enim *καὶ — προῆλθε* respondet praecedenti *ἀποικίαν τε — ἔστειλαν.* — Locus varie tentatus, at sine successu quantum perspicio, est III, 16, 5; coniecturis addo coniecturam, in eo si falsus sum quaerens solatium quod cum viris doctis erravi. Editiones sic habent: *ταύτας* (Geryonis boves) *γὰρ τότε ἤλαυνεν Ἡρακλῆς, διανηξαμένας δὲ ἐπὶ Σικελίαν κατὰ τὸν Ἔλεον τὸν κῦφον ἀνευρήσων ἐπιδιέβη*; in codicibus nihil subsidii; pro

Kuhnii violenta coniectura quamvis probata a Goldhageno, Facio, Clavierio Wesselingius laudatus a Valckenario aliam substituit minus quidem violentam at non magis probabilem. Siebelisii de hoc loco notam integram apponere lubet: „*Scyphum solarem*, quo Hercules per maria vectus sit, hic significari, nos quoque credimus cum Heynio, quem vide ad Apollod. II, 5, 10; in verbis autem *κατὰ τὸν Ἔλεον* videmur Ἐλεωνίου illius vestigia deprehendere, qui has ipsas res Dorieo narravit apud Herodotum V, 43. — — Itaque hoc fere putamus Pausaniam dixisse; *secundum narrationem illius Eleonii* (apud Herodotum) *scypho in Siciliam traiecit;* atque fortasse est qui malit scribere: *κατὰ τοῦ Ἐλεωνίου τὸν λόγον*, notum illum ex Herodoto, seu *κατὰ τὸν Ἐλεωνίου τινὸς λόγον*. Fore spero qui haec felicius certiusque expediant, timidus ulterius nunc progredi, quod nonnulla excidere potuerint, a me sine codicum ope non quaerenda.“ Haec ille. Iam quod attinet ad scyphum illum solarem probet cui placet; mihi eius commemoratio ab hoc loco videtur alienissima; ut enim silentio praetermittam violentas mutationes quibus Pausaniae scyphus ille solaris obtruditur, id maximi censeo momenti, quod nulla coniectura quae scyphum tueatur, ad Pausaniae accedit indolem et narrandi rationem. Si miram illam de scypho fabulam referre voluisset, alio certe modo id fecisset. Eleonius vero ille dici non potest quantum mihi displiceat. Antichares enim ab Herodoto commemoratus neutiquam inter omnes erat notus neque ipse neque patria, ut simplici patriae nomine potuerit indicari; sumamus autem Pausaniam ante oculos habuisse Herodoti locum, quod mihi non videtur, nihil tamen inde proficere potest Siebelisius, quum apud Herodotum ne literula quidem de scypho solari inveniatur. Mihi locus placida mutatione sic restituendus videtur: *κατὰ τῶν Ἑλλήνων τὸ κοῦφον* „quum in Siciliam tranassent boves, ut credula Graecorum refert fama.“ De animi levitate *τὸ κοῦφον τοῦ νοῦ* usurpat Pausanias V, 21, 14.

Particulam *καὶ* et articulum *ὁ* a librariis saepe confundi et huius permutationis causam in Praefatione vol. I. p. LIII. iam exposuimus. Exemplis ibi prolatis addo III, 13, 5. *Πραξίλλῃ μὲν δὴ πεποιημένα ἐστὶν ὡς Εὐρώπης εἴη καὶ Καρ-*

νειός; particulam *καὶ* ineptam sane omittunt edd. praeter B, et VbLa. Scribendum est *ὡς Εὐρώπης εἴη ὁ Καρνειός*.

Saepe *ι* adscriptum mutari in *ν* et vice versa, nemo nescit; quare etiam IV, 4, 5. *οὐ γὰρ ἐκέκτητο ἰδίᾳ γῆν ὡς νομὰς ταῖς βουσὶν ἱκανὰς εἶναι* reponendum puto; non aliter scripsit Pausanias, at in errorem induxit librarium scripturae similitudo et sequens *γῆν*. Idem mendum abstersi VIII, 54, 2. ubi *φαίνεται δὲ ὁ Ἀλφειὸς — — φύσιν τινὰ ἰδίᾳ παρεχόμενος τοιάνδε* scripsi, quod postea codice Va confirmatum reperi. — IV, 16, 7. *ὕστερον δὲ τὴν ἀσπίδα ἀνέθηκεν* (Aristomenes) *ἐς Λεβάδειαν φέρων, ἣν δὴ καὶ αὐτὸς εἶδον ἀνακειμένην*; haec non satis apta sunt; non se vidisse illum clypeum, sed Lebadeae se vidisse debebat exspectari et sic vertit Amasaeus „egoque eum *ibi* positum vidi;" lego igitur *ᾗ δὴ καὶ αὐτὸς εἶδον ἀνακειμένην*. — Huc etiam est referenda formula *γράφειν ἀκοῇ* vel *γράφειν ἀκοὴν*, Pausaniae usitatissima. Siebelisius praefert dativum et in indice s. v. *ἀκοῇ γράφειν* multa ex aliis scriptoribus congessit exempla quibus dativi usum comprobet; Bekkerus retinuit accusativum, num ubique nescio. Verum est dativum multis titulis commendari; at accusativus quoque habet quo se tueatur; *γράφειν ἀκοὴν* est scribere auditionem i. e. id quod auditione accepimus. Quum apud Pausaniam longe plerisque locis accusativum offerant codices vel omnes vel optimi equidem inconstantiae eiusmodi in rebus impatiens si denuo sub examen revocanda esset integra quaestio haud cunctanter ubique retinerem accusativum; nam hae res pendent ab auctoritate codicum.

Transeo ad aliud permutationum genus idque longe frequentissimum et ea indole notabile quod his permutationibus semper fere aliae mutationes quasi necessario coniunguntur. Loquor de praepositionibus *ἐκ* et *ἐς*, quibus tertia potest addi *ἐπ'*; si enim lapsu quodam aut librarii negligentia altera transierat in alteram sponte quasi mutabatur etiam casus, et vice versa turbatam substantivi terminationem sequebatur praepositionis mutatio. Exempla quid cumulem ubivis obvia, praesertim in re Tibi notissima?[a]) Paucula tantum delibabo quae

a) cf. tamen IV, 15. not. 8. ubi corruptionis gradus sunt conspicui.

disputandi praebeant materiam. VIII, 40, 1 (ubi vid. not. 7.) recte edd. habent ἐν αὐτῇ; in codice quodam unde nostri fluxerunt accentus circumflexus in formam lineolae rectae abierat (αὐτῆ), quae praesertim in versus fine ν indicare solet; inde codex Va (vide librariorum religionem in rebus vel minimis!) ἐς αὐτῆ; codex gemellus M et cum eo Ag ἐς αὐτῇ; Cod. Vb ἐς αὐτήν; in quo habemus corruptelae quasi genealogiam. — Tritissimum est apud Pausaniam ἄγειν ἐν τιμῇ; ex innumeris exemplis vide I, 5, 3. I, 9, 5. 1, 26, 6. I, 27, 9. IV, 10, 6. IV, 31, 8. IX, 17, 6. X, 28, 6; uno tantum loco si bene reminiscor ἔχειν ἐν τιμῇ occurrit IV, 32, 1. ubi tamen ἄγειν reponendum videtur propter summam Pausaniae in eiusmodi formulis aequabilitatem atque constantiam. Ab usu solemni recedit etiam VIII, 36, 6. ubi ἄγουσιν ἐς τιμὴν legitur. Observat Siebelisius ad hunc locum: „ἄγειν ἐς τιμὴν est etiam cap. 42, 4. Haec formula significat initium cultus, quo aliquem prosequimur; sic h. l. Megalopolitae dicuntur coepisse ab eo tempore Boream colere, quo iis videbatur opem tulisse; sed ἄγειν ἐν τιμῇ consuetudinem colendi iam receptam.“ Haec argutius quam acutius disputata videntur; de cultus praeterea initio nostro loco nullum vestigium, sed refert Pausanias consuetudinem colendi iam receptam; loci autem VIII, 42, 4 (7) alia utique est ratio; ibi enim legitur ἦγον ἐς πλέον τιμῆς ἢ τὰ πρότερα τὴν Δήμητρα, ad maiores honores promoverunt,“ ubi dativo non erat locus; respondet haec formula cognatae δόξης ἐς πλέον ἤρθη VIII, 50, 9. Quae quum ita sint, VIII, 36, 6. ut redeat cum reliquo grege in concordiam, reponendum censeo ἄγουσιν ἐν τιμῇ. — V, 25, 13. scribendum puto τῷ δὲ ἀναθήματι τῷ ἐν Ὀλυμπίᾳ Θασίων ἔπεστι ἐλεγεῖον; IX, 27, 8. Ἐρυθραίους τοὺς ἐν Ἰωνίᾳ (Siebelis ἐς Ἰωνίαν tuetur τελοῦντας subintelligendo, quam bene alii videant); VIII, 12, 5. pro ἐς ὃ ἐποιεῖτο Λάδας μελέτην δρόμου legere malim ἐν ᾧ, quamvis non ineptis exemplis ἐς ὃ defendere conatur Siebelisius. Denique huc referendi sunt duo loci, quorum alterum Te consentiente emendavi, alter mutatione paullo violentiori neque tamen, sic spero, temeraria restituendus est. Illum habemus X, 23, 11. Ἀθηναίων δὲ ἄνδρες ἐπισκεψόμενοι μὲν ἀφίκοντο ἐς Δελφοὺς κ. τ. λ. Sic habent CSB et proba lectio videtur. At si accuratius inspicimus primum de-

sideramus accusativum ad ἐπισκεψόμενοι; deinde speculatores illi Delphos pervenire non potuerunt propter Gallorum obsidionem; denique non erat cur Delphos adirent, quum quae opus erant e longinquo speculantes discere potuerint. Accedit quod editiones antiquiores omnesque codices non ἐς Δελφοὺς, sed ἐν Δελφοῖς offerunt; etiam M cuius collationem Siebelisius habuit non satis accuratam, supra versum habet δελφοῖς, quae constantia tanto maioris est momenti, quod ἐς Δελφοὺς quasi sponte se obtulit post ἀφίκοντο. Quare codicum lectione conservata locum sic restituo: Ἀθηναίων δὲ ἄνδρες ἐπισκεψόμενοι μὲν ἀφίκοντο τὰ ἐν Δελφοῖς. Difficilior est medela VII, 25, 8. Ἐκ Κερυνείας δὲ ἐπανελθόντι ἐς τὴν λεωφόρον καὶ ὁδεύσαντι οὐκ ἐπὶ πολὺ δεύτερα ἔστιν ἐς Βοῦραν ἀποτραπέσθαι. θαλάσσης δὲ ἐν δεξιᾷ καὶ ἡ Βοῦρα ἐν ὄρει κεῖται. τεθῆναι δὲ κ. τ. λ. Quis facile dixerit quid hoc sibi velit Buram sitam fuisse θαλάσσης ἐν δεξιᾷ? Locus procul dubio corruptus; mihi huius capitis segmentum 5. contemplanti sic scribendus videtur: — — δεύτερα ἔστιν ἐς Βοῦραν ἀποτραπέσθαι ἀπὸ θαλάσσης ἐς δεξιάν. ἡ (s. καὶ ἡ) Βοῦρα ἐν ὄρει κεῖται, τεθῆναι δὲ κ. λ. Postquam praepositio nescio quo casu exciderat distinctio ponenda erat post ἀποτραπέσθαι, quae deinde sequenti δὲ originem dedit; ἐς δεξιὰν avulsum ab ἀποτραπέσθαι quam facile in ἐν δεξιᾷ transierit copulatum cum κεῖται apertum est. — II, 25, 6. fin. cum solo R repòsuimus ἐν κοινῷ, ut sexcenties apud Pausaniam reperitur (v. g. statim segmento sequente) pro eo quod edd. et longe plerique codices habent ἐς κοινόν.

Non multo infrequentior est permutatio praepositionum ἐν, ἐς et ἐπ'. Itaque I, 25, 6. pro ἐπ' Ἀθηναίους e Sylburgii coniectura cum Bekkero ἐς Ἀθηναίους receptum velim. — IX, 40, 5. pro ἐπ' Ὀλοῦντι confidenter scribo ἐν Ὀλοῦντι. — II, 30, 4. Ἀθηναίων δὲ ἀπώλοντο οἱ διαβάντες ἐς ταῦτα ἐς Αἴγιναν. Pro ἐς ταῦτα cod. Vind. alter confusione vulgari habet ἐνταῦθα „sed hoc (ἐς ταῦτα) est *ad haec* scil. simulacra asportanda,“ inquit Siebelisius; utinam placuisset viro egregio hanc significationem exemplis quibusdam luculentis comprobare. Equidem hunc ipsum sensum invenio in praepositione ἐπὶ (exempla suppeditat Matthiae Gr. gr. §. 586, c. p. 860.) et minima mutatione scribo οἱ διαβάντες ἐπ' αὐτὰ

ἐς *Αἴγιναν*. — IV, 34. init. ὑπὸ stare nequit; ἐκ quod habent MVaLa deducit ad ἐς, (quod ob sequentem genitivum in ἐκ mutatum est) aut si mavis ad ἐπί; frequentissime enim ἐπὶ et ὑπὸ confunduntur, raro ἐς et ὑπό.

Iam videamus de aliis quibusdam locis; IV, 29, 3. dudum margini exemplaris mei adscripseram ᾗ πρὸς ἅπαντα ἑώρων χρωμένους αὐτούς; idem quum offerat Lb nolim diutius conservare vulgatum ἅπαντας. — Idem vocabulum III, 1, 8. in mendo cubat: τὰ δὲ λοιπὰ διειστήκει σφίσιν ἐπὶ πάντα τὰ βουλεύματα; haud inepte Bekkerus coniicit ἐπίπαν τὰ βουλεύματα; aptius fortasse ἐπὶ παντὶ τὰ βουλεύματα. — — IV, 7, 4. ἐξεστρατεύοντο οὖν καὶ οὗτοι; num haec sana sunt? vix credo; praestat certe καὶ αὐτοί. — IV, 14. fin. Μεσσηνίους δὲ οἶδα αὐτὸς ἐπὶ ταῖς σπονδαῖς Ἀριστομένην Νικομήδους καλοῦντας; ad argumenti vim hoc *ipse scio* nihil utique facit; at si *ipsi Messenii*, qui Ἑλλήνων τοῖς πολλοῖς opponuntur, Aristomenem Nicomedis filium nuncupabant, sane robur quoddam accederet; quare Μεσσηνίους δὲ οἶδα αὐτοὺς legendum suspicor. In his rebus saepius peccatum videtur ut sunt proni ad confusiones librarii; sic IV, 26, 7. in verbis στρατηγεῖν δὲ αὐτὸν οἱ Ἀργεῖοι τὸν Ἐπιτέλην καὶ Μεσσήνην ἀνοικίζειν ᾕρηντο, male me habet emphaticum illud αὐτὸν τὸν Ἐπιτέλην; erat quum τὸν Ἐπιτέλην glossema ad αὐτὸν putarem, nunc facilior et concinnior mihi videtur oratio mutato αὐτὸν in αὐτῶν.[a]) — Locum V, 13, 4. (ubi vid. not. 12.) ex parte, quod spero, emendatum edidimus, at nondum ad integritatem restitutum. Pausanias in formulis sibi constans saepe dicit ἤκουσα δὲ καὶ τοιόνδε, λέγεται καὶ τοιόνδε; nunquam quantum reminiscor λέγεται καὶ τοῖον; quare nisi reliquorum codicum vestigia obstarent, lectionem τοιοῦτον sine haesitatione vulgatae praeferrem. At quum δὲ, quod post προαγορεῦσαι inserunt PcAgVabLb, nullam habere videatur causam idoneam, e fine versus antecedentis in locum alienum depressam esse particulam haud improbabilis est coniectura; auget suspicionem reliqua huius loci varietas haud ambigue versuum confusionem indicans. Non fortuitam enim sed e scriptura eius codicis unde nostri fluxerunt nescio qua,

---

a) Occasione hac data corrigo locum commentarii nostri, V, 10. not. 6. La non αὐτοῦ τοῦτο habet, sed αὐτοῦ sine τοῦτο.

derivandam esse varietatem *μηκυνομένου*, *κυνουμένου*, *μηκέτι* mihi certe non est dubium. Ne igitur pereat *ἔτι* illud, quod nullo modo ex *νυομένου* ortum cogitari potest, sic a Pausania scriptum crediderim: *λέγεται δὲ καὶ τοιόνδε ἔτι· μηκυνομένου τοῦ πρὸς Ἰλίῳ πολέμου προαγορεῦσαι αὐτοῖς τοὺς μάντεις.* — IV, 1, 1. in editione nostra legitur: *ὅροι κατὰ τὴν Γερηνίαν εἰσὶν ἡ ἐφ' ἡμῶν ὀνομαζομένη Χοίριος νάπη.* Articulus post *εἰσὶν* e coniectura additus est; addendum fuisse Tibi concedo, at hoc loco nego. Messeniam alios olim habuisse terrae fines refert Pausanias neque vero, quod innuit lectio recepta, Choerio saltui aliud olim fuisse nomen; quare *ἡ ἐφ' ἡμῶν ὀνομαζομένη* auctoris opinioni plane contrarium esse videtur; equidem capitis 30 initium respiciens *εἰσὶν ἐφ' ἡμῶν ἡ Χοίριος νάπη* scribo. — IV, 2, 3. not. 15. *λόγος* sic nude sine articulo a Pausania scriptum vix crediderim; quum reliquis locis ubi eadem formula recurrit *ὁ λόγος* inveniatur, equidem cum Bekkero addo articulum. — IV, 3, 2. not. 6. Probo lectionem a Lab oblatam *Τρίκκαν τε καλοῦσιν.* — IV, 13, 1. not. 3. scribo *ἐνράξαντες* cum BPcdAgLb. — IV, 25, 4. not. 10. in editionibus legitur *μετεβουλεύετο δὲ δή σφισι καὶ αὐτίκα ἐπὶ Μεσσηνίους τρέπονται τοὺς ἐν Οἰνιάδαις.* Bekkerus *μεταβεβούλευτό τε δὴ* scribendum censet; plusquamperfectum non omnino videtur necessarium; at alteram emendationis partem quum sexcenties *δὲ δὴ* pro *τε δὴ* inveniatur haud cunctanter probo; exemplum ne longe quaeram vide V, 3. not. 20. At nondum sanus est locus; codices enim omnes *σφίσιν αὐτίκα* habent omisso *καὶ*, quod igitur a Musuro inventum videtur, non inepte fateor. Excidisse copulam et margini adscriptam ab aliis neglectam, ab aliis loco inepto insertam esse docet codicis Vb exemplum in quo post *τρέπονται* immigravit in textum. Quam facile *καὶ* in *ν* mutatum adhaeserit voci praecedenti in praefatione voluminis primi vidimus; at quum *αὐτίκα* aptius cum *μετεβουλεύετο* copulari mihi videatur coniecturam propono haud minus facilem: *μετεβουλεύετό τε δή σφισιν αὐτίκα καὶ ἐπὶ Μεσσηνίους τρέπονται τοὺς ἐν Οἰνιάδαις.* Absorpta est particula a praecedente *αὐτίκα.* — IV, 26, 6. (not. 16. 17.) sic legitur sine ulla offensione: *καὶ ἦν ἐξ ἀνθρώπων γένῃ ἔγωγε, ὦ Θηβαῖε, ποιήσω μὴ*

ποτε ἀνώνυμον μηδὲ ἄδοξόν σε γενέσθαι. At σε, quod in nullo comparet codice, Musuri industriae debere videmur. Aliam fortasse viam monstrant codicum vestigia; MVa habent ἔστω γε; unde illud σ? Scripsisse Pausaniam puto ἐγώ σε; id in ἔγω γε depravatum a librariis et correctum ab aliis σ

σ

supra versum adscripto (ἔγωγε), male intellecta correctura ἔστω γε procreavit. — IV, 28, 2. not. 4. probo συμβάντος. — Ibidem §. 8. not. 15. scribendum erat me iudice αὐτῶν τὸ μάχιμον ex auctoritate codicis Va. — IV, 30, 1. (not. 3.) scriptum est in editione nostra ἐνταῦθα Ἀβίαν Γλήνου τοῦ Ἡρακλέους τροφὸν ἀποχωρῆσαι cum MPcRLab; nolim equidem adversari propter codicum fidem; horum enim, quod ingenue fateor, in arte critica maior est penes me quam omnium vasculorum Canini effossorum auctoritas; at quid accuratius examinanti locum in mentem mihi venerit Te celare nolo. Primum enim aptius nostro loco Hylli nutricem quam Gleni (cuius commemoratio habet nescio quid miri) nominari, non erit, puto qui neget. Deinde (nam eiusmodi observationibus res non absolvitur) Te non latet multis Pausaniae locis ubi Hylli occurrit memoria eam esse varietatem ut alii codices simplici, alii geminata litera exarent nomen; conf. praeter notam editionis nostrae praecedentem I, 35, not. 45. IV, 2. not. 4. Porro quam facile Υ maiusculum abeat in γ ipsa literarum docet figura, ita ut commutatio literarum $\overline{\Upsilon\lambda}$ et $\overline{\gamma\lambda}$ rationibus palaeographicis affatim confirmata videatur; longius sane abit $\overline{\eta\nu}$, at nec haec confusio sine exemplis est; VIII, 5. not. 4. videmus codicem La Ὕλλον depravasse in ὕλην, quod addita genitivi terminatione quam pronum sit ad γλήνου haud difficile est perspectu, et confirmatur varietate notae praecedentis ubi eiusdem Hylli nomen in γλύνου et γλίνου corruptum est. Codex Va correcturam cum corrigendo copulans ὕλλου γλήνου exhibet. Quam singulares vero interdum inveniantur corruptelae docet lectio codicis Ag, quam etiam marg. Pc habet, τηλεγόνην τὴν ἡρ. pro ὕλλου (γλήνου) τοῦ ἡρ. Unde hoc monstrum? Scis quid mihi videatur? Aliquot lineis post La habet τὰ δὲ ἐς τὴν λεγόνην; eadem lectio in antiquiore quodam codice inventa et margini correctura τηλεγόνην adscripta est, quae deinceps loco alieno in

contexta immigravit. — IV, 14, 4. in editione nostra, quod doleo legitur quod in reliquis praeter B: *δεύτερα δὲ φόρον μὲν οὐδένα ἐπέταξαν εἰρημένον, τῶν δὲ γεωργουμένων τροφῶν σφίσιν ἀποφέρειν ἐς Σπάρτην* [recte quae sequuntur] *πάντων τὰ ἡμίσεα.* Si codicum lectionem respicimus a Bekkero expressam facile videmus *τῶν δὲ γεωργούμένων* Musuri esse coniecturam eamque si recte iudico sinistram; mihi vero aperta corruptela praeferenda videtur obductae et laevigatae, quare Bekkerum laudo qui impeditam codicis lectionem coniecturae dubiae praetulerit. At loci medela in promtu est; compendia, quibus *ειν* et *ον* exarantur, directione tantum differunt (" et ″); iam si pro *ἀπέφερον* ob compendium male intellectum *ἀπεφερειν* scriptum erat, permutatio literarum ο et ε sponte sequi debuit. Etiam pro inepto illo *τροφῶν* facili mutatione nomen repono aptissimum; sic enim scribo: *οἱ δὲ τῶν γεωργουμένων φόρον σφίσιν ἀπέφερον ἐς Σπάρτην πάντων τὰ ἡμίσεα.* — IV, 34. not. 30. recipi debuit me iudice *Ἑρμιόνι.* — IV, 8, 11. *τὰ δὲ μέσα ἀμφοτέροις, ᾗ Λακεδαιμονίων ὁ Εὐρυλέων, Μεσσηνίοις δὲ Κλέονις ἡγεῖτο, ἰσοπαλῶς μὲν ἠγωνίζοντο, διέλυσε δὲ ἀπ' ἀλλήλων καὶ τούτους ἐπελθοῦσα ἡ νύξ.* Sic habent editiones; at subest nescio quid salebrosi; locum esse turbatum probant etiam codices. Ab interpolatione profectum esse *ᾗ* non absurda est coniectura, confirmata codice La; quum particula loci desiderari videretur, inseruerunt alii *ᾗ*, alii *ὅπου*, quae copularunt alii *ᾗ ὅπου* s. *ᾗπου* (*ἧπου*) scribentes. Optione data equidem *ὅπου* praetulerim; at profundius cubare mendum suspicor. In mentem olim mihi venit *τὰ δὲ μέσα ἀμφοτέροις Λακεδαιμονίων ὁ Εὐρυλέων Μεσσηνίοις δὲ Κλέονις ἡγεῖτο· ἰσοπαλῶς μὲν ἠγωνίζοντο οὗτοι, διέλυσε κ. λ.* Facile *οὗτοι* a praecedente *οντο* absorbebatur. Non placet? Da meliora. — V, 7, 9. erunt fortasse quibus correctura nostra (not. 31.) iusto videatur audacior; ne inauditam rem nos conari illi putent, conferant confusionem geminam IV, 19, not. 9. — Locus controversus est IV, 15, 1. ubi Tu expulso Tlesia archonte eponymo Lysiam introduxisti, e vestigiis codicis Va qui habet *λησίας*, et ex auctoritate Palmerii Ms. qui e Marmore Pario hoc nomen Pausaniae reddendum existimat. In partes Tuas vocare poteras Clintonum Fast. Hell. I, p. 184. cuius verba appono: „The archon Lysias is placed by the Parian Marble No. 34 two

years below the date of Creon; *ἀφ' οὗ....ο...υ..—.. ἔτη ΗΗΗΗΔΠΙΙΙ ἄρχοντος Ἀθήνησι Λυσι..* As the date of Creon, when rectified, was 683, the date of Lysias will be B. C. 681. Called *Tlesias* by Pausan. IV, 15, 1. who places Tlesias two years, according to his own computation, below Creon. Scaliger *Ὀλ. ἀναγρ.* p. 314. at Ol. 53, 4. marks *Τλησίας. ἀρχὴ τοῦ δευτέρου Μεσσηνιακοῦ πολέμου.* and again at Ol. 24, 3. *Κρέων πρῶτος ἐνιαύσιος ἄρχων.* without adverting to the inconsistency. Corsini, who had rightly shewn F. A. Tom. I. p. 8. 9. that Pausanias dated the decennial and annual archons higher than other authors, yet argues Tom, III, p. 37. that Tlesias was a distinct archon from Lysias, and places him at the next year to Creon B. C. 682, because he supposes Tyrtaeus to by mentioned in No. 34 of the Marble, and because the transactions of Tyrtaeus agree better, in his opinion, with this date: Res Lysiae anno consignatae uno serius anno contigisse videntur quam quae Tlesiae anno contigerant. But Tyrtaeus is there inserted *upon coniecture*, and, as Tlesias in Pausanias is at the same distance from Creon as Lysias in the Marble, there can be little doubt that *Τλησίας* is a corruption of *Λυσίας*." Haec Clintonus doctissimus. Argumentatio Tua eo potissimum innititur, quod inscriptioni lapidi incisae maiorem auctoritatem esse tribuendam affirmas quam literae scriptae, praesertim ubi codices ex uno fluxerunt fonte iique e corrupto corrupti; quare codices omnes (quorum tamen unus ad *Λυσίας* deducat) praetereaque Eusebium, (ex eodem enim derivari fonte) pro una tantum auctoritate contra unam Marmoris esse numerandos. Quae subtiliter a Te et Clintono disputata cur a mea opinione abducere me non potuerint iam audi. Omnino in tanta nominum et rerum gestarum diversitate, quae plerasque antiquitatis narrationes turbat, lubrica mihi minimeque tuta eorum videtur ratio qui nimii aequabilitatis amatores ad concordiam redigere student ab aliis aliter narrata. Non singuli scriptores sibi constant, nedum tota antiquitas. Quare ne auctorem libri ipsum corrigere nec aliena inferre videamur, quod nostri nunquam est arbitrii, terminis angustis circumscribendam et ad examen accuratum eius scriptoris, imo eius loci, quem tractamus, restringendam esse crisin mea quidem fert opinio. Iam si propius accedimus ad locum nostrum nemo sane si eum per se spectamus ob

solam codicis Va varietatem, quae, quod facile mihi concedes, aeque bene e nomine rariore Tlesiae ac e tritissimo Lysiae corrupta cogitari potest, depulso Tlesia Lysiam restituet. At Lysiam habet Marmor Parium. — Quid inde? Habeat sibi; Lysiam Marmor appellat, Tlesiam Pausanias. Palmerii autem vacillat auctoritas; parum enim sibi constans, ad nostrum locum, Pausaniae Lysiam reddendum, ad Marmor Parium (Exerc. p. 700.) in Chronico Tlesiam restituendum esse docet. Clintonus rationibus maxime permotus chronologicis, quae quam sint lubricae in tanta antiquitate ipse vides, corrigendum Pausaniam existimavit; illae ipsae autem rationes quum Pausaniae annus et Chronici epocha non in idem incidant tempus, unde de *hominibus diversis* loqui utrumque prona est coniectura, longe absunt ab ea firmitate et quasi rotunditate, quae omne dubium eximat. Ut autem Tibi concedam alterum nomen ad alterum esse refingendum, Tu invicem mihi dabis id nomen retinendum esse, quod firmissima nitatur auctoritate. Pro Tlesia pugnant Pausanias et Eusebius (hunc ex illo hausisse Tu non probasti); pro Lysia venia Tua sit dictum, nemo. Lapidis enim recuso auctoritatem; miraris? at quidni recusem? Omnes Chronici editiones inspicere mihi non contigit; at plerasque ad exemplar Seldenianum expressas esse vix dubium mihi videtur; Seldeni equidem fidem nolo suspectam reddere; at illi aevo sua propria si fuit laus, religionis et rerum vel minimarum curae ambitio non fuit. Nostris temporibus lapis denuo examinatus et nomen illud ambiguae fidei inventum est; alii enim in parte eius posteriore, alii in anteriore offenderunt; sic editum vides apud Wagnerum *Λυσι[ου]*, apud Clintonum *Λυσι...*; Boeckhii autem collationi si fidem habemus in lapide pars anterior est ambigua; Corp. Inscr. II, p. 301, vers. 49. legimus [*Τλη*]*σία*, p. 306, col. 1, fin. [*Τ*]*λ*[*η*]*σία*. Quae scriptura quamvis (nisi fallor) e Boeckhii coniectura profecta („Probabilius opinor est in hac nominum similitudine, *Λυσία* Seldenum male legisse pro *Τλησία*, ut coniecit iam Palmerius; itaque dedi *Τλησία*" verba sunt Boeckhii p. 307, col. 1.) cum altera illa coniuncta, satis probare videtur, Chronici lectionem extra dubitationem neutiquam esse positam. Quare omnibus perpensis rationibus Tlesiam Pausaniae esse restituendum censeo; de Chronici Parii lectione alii videant. — V, 18, 6. *οἱ δὲ συνιέναι φασὶν ἐς ἀγῶνα τὰ στρατιωτικά, Πυλίους δὲ εἶναι καὶ*

Ἀρκάδας παρά τε Φιγαλίαν πόλιν καὶ ποταμὸν μαχομένους Ἰάρδανον. Sic editum est; at in nullo codice legitur *Φιγαλίαν*; plerique in *φειγ.* consentiunt, reliqui *φυγ.* offerunt, quod notabile sane videtur in nomine neutiquam obscuro; accedit, quod Phigalia edito et praerupto loco sita remotior est a Iardano amne. Respiciunt ii quorum sententiam refert Pausanias, Homeri locum Il. VII, 132 sq.

> — αἴ γὰρ
> ἡβῷμ' ὡς ὅτ' ἐπ' ὠκυρόῳ Κελάδοντι μάχοντο
> ἀγρόμενοι Πύλιοί τε καὶ Ἀρκάδες ἐγχεσίμωροι
> Φειᾶς παρ' τείχεσσιν, Ἰαρδάνου ἀμφὶ ῥέεθρα.

Quare nihil verius, nihil evidentius Heynii correctura *παρά τε Φειὰν πόλιν κ. ποτ. μαχ. Ἰάρδανον*, quae haud cunctanter recipi debebat. De urbe Phea s. Phia variisque de ea opinionibus legendi sunt Strabo VIII, p. 348 (98 Tz.), Eustathius ad Homeri d. l. p. 671 (541). Librarios in locum nominis obscurioris saepe substituere clarius multis comprobari potest exemplis, si quidem operae est pretium comprobare quae ex ipsa rerum natura derivari videntur; quare ne longus sim pauca tantum appono; sic VIII, 46. not. 9. pro *Γέλαν* MVa habent *φιγαλίαν*; IV, 2. n. 13 pro *Οἰχαλίαν* MR *ἰταλίαν*[a]); IV, 17, n. 22. *ἀρκαδίαν* Ag pro *Ἀνδανίαν*; IV, 26, n. 22. *λάκωνα* pro *Καύκωνα* R; IV, 27, n. 20. *ἀθηναίους* pro *Ἀσιναίους* VabRLb et La marg., quae omnino confusio est frequentissima. Ne abuti patientia Tua videar plura cumulare exempla sponte quasi se offerentia supersedeo.

Difficilis est quaestio de constantia et scripturae aequabilitate cum codicum auctoritate concilianda quam exantlare huius scriptionis neque ratio patitur neque spatium; exempla quaedam proferre haud absonum videtur. Ubique formam *ἐς* reposuimus pro *εἰς*, raro sine codice; IV, 4, 3. in *ἐπεισαγαγεῖν* et IV, 7, 3. in *ἐπεισήγαγε* consentiunt edd. codd. (nam eodem deducit corrupta lectio La); quid igitur faciendum? Dubito. — IV, 34, 1. *θαλάσσης* scripsimus cum edd. (praeter B) MVbLab; eiusdem capitis segmento tertio in *θαλάττης* consentiunt edd. codd.; num hoc ferendum ubi

---

a) In transcursu corrigo Plutarchi locum de S. N. V. a Siebelisio ad Paus. III, 17, fin. prolatum: *Σπαρτιάταις χρησθὲν ἱλάσασθαι τὴν Παυσανίου ψυχὴν ἐξ Ἰταλίας μεταπεμφθέντες οἱ ψυχαγωγοὶ καὶ θύσαντες ἀπεσπάσαντο τοῦ ἱεροῦ τὸ εἴδωλον.* Siebelis. corrigit *ἐκ Θετταλίας*; at ille ipse Pausaniae locus docet *ἐκ Φιγαλίας* scribendum esse.

proxime sequentibus versibus quinquies geminatum σ videmus? — IV, 5, 4. (n. 12.) recte, me iudice, edidimus ἕνεκα cum BPcdAg Lab; quum iidem excepto La, eandem formam offerant IV, 4, 8. (n. 32.), εἵνεκα a nobis receptum nolim. VIII, 1. n. 18. VIII, 11, 9. VIII, 23, 5. 41, 3. 42, 11. sine varietate legitur ἕνεκα; VIII, 42. n. 38. X, 6. n. 24. IX, 34. n. 30 est varietas; IV, 8, 2. εἵνεκα sine varietate. Mihi ubique forma ἕνεκα Pausaniae reddenda videtur; at quum in his rebus constantia apud scriptores sequioris potissimum aetatis non raro desideretur invitis eam obtrudere nolim. Alia est ratio in verbis rarioribus; V, 20, 5. sine varietate legimus λιποψυχήσας; IV, 26, 7. sine varietate λειποψυχεῖν; IV, 10, 3 (n. 12.) variat lectio inter λιποψυχήσαντα, λυποψυχήσαντα, λειποψυχήσαντα. Haec est inaequabilitas minime ferenda, utra vero forma probanda optionis potius quam delectus. — X, 5, 1. 16, 2. sine varietate legitur ἀναβασμοί; V, 13, 10. initio sine varietate ἀναβαθμοί; aliquot lineis post in edd. ἀναβαθμοὺς, in PcAgLab ἀναβασμούς (si n. 33. commentarii nostri lin. 4 dicitur „καὶ ἀναβαθμ. VaLa" hoc ad καὶ tantum referendum esse docent praecedentia); V, 21, 2. in BPcAgMVbLa ἀναβασμοὶ, in Lb ἀναβασμὸν, in Va ἀναβαθμοί. Conf. etiam VII, 18, 11. Ubique σμ restituendum est. Aequabilitatem restituendam non censeo si alio loco aliud nomen usurpavit libri auctor. Sic Epaminondae patrem Polymnidem nuncupat Pausanias VIII, 52, 4. IX, 12, 6; Cleommidem IV, 31, 10; in concordiam redigere hos locos mihi Pausaniam ipsum corrigere videtur, quare Bekkeri laudo circumspectionem, qua *Κλεόμμιδος* retinuit. Si scriptura tantum nominis variis locis differt constantia quantum fieri potest est restituenda, quare v. g. quum V, 7, 6. *Παιωναῖον* sine varietate habeant edd. codd. eadem forma etiam V, 14, 7. a Vb oblata erat recipienda [a]).

Haec, Vir carissime, perlustranti mihi librum nostrum se obtulerunt; multa Tibi videbuntur levia, quaedam fortasse futilia; si quid inveni approbatione Tua non indignum quo Pausaniae nostri restauratio adiuvetur satis fecisse mihi videor. Tu vale mihique favere perge.

Scrib. Castelli Cattor. d. V. ante Cal. Maii MDCCCXXXVIII.

---

a) De scriptura nominis Ἀλεος V, 5. not. 20. non satis accurate disseruimus. Longe plerisque enim libri octavi locis variat lectio, ita ut et Ἄλεος et Ἀλεὸς habeat quo se tueatur. Conf. VIII, 23. not. 2.

ΠΑΥΣΑΝΙΟΥ

ΕΛΛΑΔΟΣ ΠΕΡΙΗΓΗΣΕΩΣ

ΜΕΣΣΗΝΙΚΑ.

ΜΕΣΣΗΝΙΚΑ[1] SEU LIB. IV.

CAPUT I.

De Messeniorum finibus, saltu Choerio — Messene Triopae filia, quae regioni nomen dedit — regia Messeniorum urbe Andania — primis Messeniae regibus et magnarum dearum initiis a Caucone allatis et a Lyco, Pandionis filio, perfectis — Methapo, omnis generis sacrorum auctore.

Μεσσηνίοις δὲ πρὸς τὴν σφετέραν τὴν ἀπονεμηθεῖσαν[2] 280
ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἐς τὸ Λακωνικὸν ὅροι κατὰ τὴν Γερηνίαν εἰσὶν ἡ ἐφ' ἡμῶν ὀνομαζομένη[3] *Χοίριος νάπη.* (2) *Ταύτην τὴν χώραν ἔρημον οὖσαν οὕτω σχεῖν*[4] *τοὺς πρώτους λέγουσιν οἰκήτορας. ἀποθανόντος Λέλεγος ὃς ἐβασίλευεν ἐν τῇ νῦν Λακωνικῇ τότε δὲ ἀπ' ἐκείνου Λελεγίᾳ*[5] *καλουμένῃ, Μύλης μὲν πρεσβύτερος ὢν τῶν παίδων ἔσχε*

Cap. I. Messenii regionis suae ab ea parte, quam ad Laconas pertinere Rex voluit, ad Gereniam fines habent: qui saltus nunc Choerius dicitur. (2) In hac primos incolas vicatim habitasse proditum est. Mortuo autem Lelege, (qui in ea Graeciae parte, quae nunc Laconia dicitur, ab eo vero tunc Lelegia appellabatur, imperavit) e filiis natu maior Myles ei in regnum

1. Tit. *ἀρχὴ τῶν μεσσηνικῶν*: δ': Pc. *Παυσανίου ἑλλάδος μεσσηνικὰ, λόγος δ'* Ag. *Μεσσηνικὰ* La. *Μεσσηνιακὰ* Lb.

Cap. I. 2. *ἀπονεμεθεῖσαν* MVa. tum *εἰς τὸ* Edd. Codd. Mox *Γερηνίαν* XKFCSBPcAg; *γερουσίαν* AVabMLab. Post *εἰσὶν* distinguunt AXKF; post *ἡμῶν* C; post *νάπη* SB. *ἡ* post *εἰσὶν* inseruimus e coni.

3. *ὀνομαζομένην χοιρωνάπη* La. *χεῖρος* Pc.

4. *ἔχειν* Va. Tum post *ἀποθανόντος* idem inserit *δέ*; mox *ἐν τῇ νῦν* (sic) *λακωνικῆς* Va.

5. *Λελεγίᾳ* om. VaMRPdAgLb; in R additur ad marg. *λέγια* La. mox *πολυκύων* id.

τὴν ἀρχήν, Πολυκάων δὲ νεώτερός τε ἦν ἡλικίᾳ καὶ δι'
αὐτὸ ἰδιώτης, ἐς ὃ Μεσσήνην τὴν Τριόπα τοῦ Φόρβαντος
2 ἔλαβε[6] γυναῖκα ἐξ Ἄργους. φρονοῦσα δὲ ἡ Μεσσήνη διὰ
τὸν πατέρα ἀξιώματι καὶ δυνάμει τῶν τότε προέχοντα Ἑλ-
λήνων οὐκ ἠξίου τὸν ἄνδρα ἰδιωτεύειν. ἀθροίσαντες δὲ
ἔκ τε Ἄργους δύναμιν καὶ ἐκ[7] Λακεδαίμονος ἀφίκοντο ἐς
ταύτην τὴν χώραν, καὶ συμπάσῃ μὲν ἐτέθη τῇ γῇ Μεσσήνη
τὸ ὄνομα ἀπὸ τῆς Πολυκάονος γυναικός. (3) Πόλεις δὲ
ἄλλαι τε ἐκτίσθησαν καὶ ἔνθα τὰ βασίλεια κατεσκευάσθη
3 σφίσιν, Ἀνδανία. πρὸ δὲ τῆς μάχης ἣν Θηβαῖοι πρὸς Λα-
κεδαιμονίους ἐμαχέσαντο ἐν Λεύκτροις καὶ τοῦ οἰκισμοῦ
Μεσσήνης τῆς ἐφ' ἡμῶν ὑπὸ τῇ Ἰθώμῃ πόλιν οὐδεμίαν πω
κληθῆναι πρότερον δοκῶ Μεσσήνην. εἰκάζω δὲ οὐχ ἥκιστα
Ὁμήρου τοῖς ἔπεσιν. ἐν μὲν γὰρ[8] καταλόγῳ τῶν ἐπ' Ἴλιον
ἀφικομένων Πύλον καὶ Ἀρήνην καὶ ἄλλας καταλέγων οὐ-
δεμίαν πόλιν Μεσσήνην ἐκάλεσεν· ἐν Ὀδυσσείᾳ δὲ δηλοῖ
μὲν καὶ[9] ἐν τῷδε ἔθνος καὶ οὐ πόλιν τοὺς Μεσσηνίους
ὄντας·

successit: Polycaon, quod erat minor, privatam egit vitam ad illud usque tempus, quo Argivam uxorem duxit Messenen Triopae filiam, Phorbantis neptem. Ea, patris dignitate et opibus, quibus ille tunc prae ceteris Graecis maxime florebat, elata, virum in ordinem redactum perpeti non potuit. Comparatis itaque ab Argis et Lacedaemone auxiliis, in hanc ipsam regionem Polycaon invasit, deque uxoris nomine Messenen universam nominavit. (3) Urbes vero et alias condidit, et in qua regni sedem esse voluit, Andaniam. Nam antequam Thebani ad Leuctra proelium cum Lacedaemoniis commisissent, atque inde Messenen, quae hac etiam aetate exstat, sub Ithome condidissent, nullam omnino existimo urbem eo nomine nuncupatam. Adducor autem non minimum Homeri versibus. Nam ille in populis enumerandis, qui ad Ilium *suos quisque duces secuti* venerunt, Pylon, Arenen, et alias nonnullas recensens, nullam prorsus Messenes mentionem fecit. Satis vero aperte idem in Odyssea, populum fuisse, non civitatem unam Messenios significat:

6. ἔλαβεν Ag.

7. ἐκ om. La. mox τῇ γῇ Μεσσήνῃ FCSB ex em. Sylb., Lab; τῇ γῇ Μεσσήνῃ AXK. Deinceps κατεσκευάσθησαν La.

8. γε LbAgPdVa; tum ἐπ' Ἰλ. BPcAg; ἐς Edd. rell. PdVabMLab.

9. καὶ om. Ag. Sq. καὶ post ἔθνος om. La.

Μῆλα γὰρ ἐξ Ἰθάκης[10] *Μεσσήνιοι ἄνδρες ἄειραν,*

σαφέστερον δὲ ἔτι περὶ τοῦ τόξου λέγων τοῦ Ἰφίτου· 4

Τὼ δ' ἐν Μεσσήνῃ ξυμβλήτην ἀλλήλοιϊν,
Οἴκῳ ἐν Ὀρτιλόχοιο.

τοῦ γὰρ Ὀρτιλόχου τὸν οἶκον ἐν τῇ Μεσσήνῃ πόλισμα εἴ- 281
ρηκε[11] τὰς Φηράς, καὶ τόδε ἐξηγήσατο αὐτὸς ἐν τῇ[12] Πεισιστράτου παρὰ Μενέλαον ἀποδημίᾳ·

Ἐς Φηρὰς δ' ἵκοντο Διοκλῆος ποτὶ δῶμα,
Υἱέος[13] *Ὀρτιλόχοιο.*

(4) Πρῶτοι δ' οὖν βασιλεύουσιν ἐν τῇ χώρᾳ ταύτῃ Πολυ- 5
κάων τε ὁ Λέλεγος καὶ Μεσσήνη γυνὴ τοῦ Πολυκάονος. παρὰ ταύτην τὴν Μεσσήνην τὰ ὄργια κομίζων τῶν μεγάλων θεῶν Καύκων[14] ἦλθεν ἐξ Ἐλευσῖνος ὁ Κελαίνου τοῦ Φλυοῦ. Φλυὸν δὲ αὐτὸν Ἀθηναῖοι λέγουσι[15] παῖδα εἶναι Γῆς·

Nam pecus ex Ithaca rapuit Messenia pubes.

Apertius vero ubi de Iphiti arcu loquitur:

Illi in Messena sibi in aedibus occurrerunt
Ortilochi.

Ortilochi domum in Messenia parvum oppidum Pheras innuit: quod ipsemet exponit, quo loco de Pisistrati ad Menelaum adventu agit:

Iam Pheras veniunt magni sub tecta Dioclis,
Qui satus Ortilocho.

(4) Primi igitur huius regionis imperium Polycaon Lelegis filius, et uxor eius Messene tenuerunt. Ad hanc ipsam Messenen magnarum dearum initia Caucon Eleusine veniens deportavit. Fuit Caucon Celaeni filius, Phlyi nepos. Phlyum ipsum Athe-

10. *ἠθάκης* Ag. — Od. *φ*, 18. Mox *τῶ δ' ἐν* VbLb. *τῶν δ' ἐν* La. *συμβλήτην* Va. *ξυμβλήτην* — *Μεσσήνῃ* om. La. tum *ἀλλήλοισιν* MVab. Seq. *ἐν* om. Pc. — Od. *φ*, 15.

11. *εἴρηκεν* VbM. *φερὰς* La.

12. *τῇ* om. MVbLab. *πεισιστράτῳ* La. mox *ἐς φερὰς δι' ἥκοντο* La.

13. *υἱέος* Lb. *ἀντιλόχοιο* Ag. — Od. *γ*, 487. — Sqq. *καὶ Μεσσήνη γ. τ. Πολυκάονος* La.

14. *Καύκων* om. Vb. mox *Κελαινοῦ* AXKFCLab. *Κελέου* coni. Palmer. MS. *Κελαίνου* SB. *Κολαίνου* coni. S e cap. 34, 8. *Clini filius* Am.; unde *Κλείνου* coni. Pors. in Tracts. Tum *φλοιοῦ*. *φλοιὸν δὲ* La.

15. *καλοῦσιν* Ag. *λέγουσιν* M. *εἶναι γῆν* Lb.

ὁμολογεῖ δέ σφισι[16] καὶ ὕμνος Μουσαίου Λυκομίδαις ποι-
6 ηθεὶς ἐς Δήμητρα. τὴν δὲ τελετὴν τῶν μεγάλων θεῶν Λύκος ὁ Πανδίονος[17] πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον Καύκωνος προήγαγεν ἐς πλέον τιμῆς· καὶ Λύκου δρυμὸν ἔτι ὀνομάζουσιν ἔνθα ἐκάθηρε[18] τοὺς μύστας. καὶ ὅτι μὲν δρυμός ἐστιν ἐν τῇ γῇ ταύτῃ Λύκου καλούμενος, Ῥιανῷ τῷ Κρητί ἐστι πεποιημένον·

Πάρ τε τρηχὺν[19] Ἐλαιὸν ὑπὲρ δρυμόν τε Λύκοιο.

7 (5) Ὡς δὲ ὁ Πανδίονος[20] οὗτος ἦν Λύκος, δηλοῖ τὰ ἐπὶ τῇ εἰκόνι ἔπη τῇ Μεθάπου. μετεκόσμησε γάρ καὶ Μέθαπος[21] τῆς τελετῆς ἔστιν ἅ. ὁ δὲ Μέθαπος γένος μὲν ἦν Ἀθηναῖος, τελετῆς δὲ[22] καὶ ὀργίων παντοίων συνθέτης. οὗτος
282 καὶ Θηβαίοις τῶν Καβείρων τὴν τελετὴν κατεστήσατο. ἀνέθηκε δὲ καὶ ἐς τὸ κλίσιον[23] τὸ Λυκομιδῶν εἰκόνα ἔχουσαν

nienses e Terra genitum memorant: quibus facile assentitur Musaei hymnus Lycomidis factus in Cererem. Magnarum vero dearum initia, multis post Cauconem annis, Lycus, Pandionis filius, quam augustissima, quamque celeberrima ut essent, effecit. Lucum hac etiam aetate Lyci nominant, ubi ille antistites mysteriorum lustravit. Et esse in Messenico agro saltum qui Lyci dicitur, testatur eo versu Cretensis Rhianus:

Horrentemque Lyci saltum, iugaque aspera Elaei.

(5) Quod autem hic Lycus Pandionis fuerit filius, aperte declarant versus, qui sunt ad Methapi effigiem. Nam et Methapus quosdam initiorum ritus reformavit. Fuit hic quidem Atheniensis patria, initiorum, orgiorumque, et cuiusvis modi sacrorum designator. Idem vero et Cabirorum Thebanis initia constituit, et iuxta Lycomidarum septum imaginem cum inscriptione dedica-

16. σφισιν Vb. mox Λυκομήδαις et §. 7. Λυκομηδῶν voluit F, recepit C. Λυκομίδης MLb. λυκομήδης Va. λυκομίδας Vb. Λυκοδρυμίδαις coni. Sylb. ut sint παρὰ τὸν τοῦ λύκου δρυμόν.

17. πανδίωνος, ο super ω, Pd. mox καύκονος La.

18. ἐκάθαιρε CS. ἐκάθυρε (η supra υ) Vb. mox καὶ ἔτι Pd; mox τῷ κρατὶ Va.

19. τρηχὴν Ag. τροχὺν Pd.

20. πανδίωνος PdLb. mox μεθασπου, σ expuncto, sine accentu Ag.

21. καὶ ὁ μεθάπης Pd. μέθεπος (α supra ε) Vb. τῆς τελευτῆς Lb. Sq. μὲν om. Pc.

22. τελετῆς δὲ καὶ ὀργίων παντοίων CSB. τελετῆς καὶ ὀργ. καὶ παντοίων AXKFVb. τελετῆς δὲ καὶ ὀργ. καὶ παντ. VaPcAgLab; silet M. τελετῆς τε καὶ ὀργ. παντοίων coni. K, probante F. τελετῆς καὶ ὀργίων καὶ παντοίων ὕμνων coni. Coraes.

23. κλήσιον AXKFVabLa; κλί-

ἐπίγραμμα ἄλλα τε[24] λέγον καὶ ὅσα ἡμῖν ἐς πίστιν συντελεῖ τοῦ λόγου·

> Ἥγνισα δ' Ἑρμείαο[25] δόμους * τε κέλευθα 8
> * Πατρὸς[26] καὶ πρωτογόνου Κούρας, ὅθι φασὶ
> Μεσσήνην θεῖναι μεγάλαισι θεαῖσιν ἀγῶνα
> Φλυάδεω[27] κλεινοῖο γόνου Καυκωνιάδαο.
> Θαύμασα[28] δ' ὡς σύμπαντα Λύκος Πανδιόνιος φὼς
> Ἀτθίδος ἱερὰ ἔργα παρ' Ἀνδανίῃ[29] θέτο κεδνῇ.

τοῦτο τὸ ἐπίγραμμα δηλοῖ[30] μὲν ὡς παρὰ τὴν Μεσσήνην 9
ἀφίκοιτο ὁ Καύκων ἀπόγονος ὢν Φλυοῦ, δηλοῖ δὲ καὶ τὰ

vit. Ea inscriptio quum alia, tum in primis, quae ad Methapum pertinent, testatur:

> Mercuriique vias lustravi, ac tecta parentis:
> Primigenae populis monstravi sacra puellae:
> Hic ubi magnarum instituit ludicra dearum
> Messene, a Caucone Phlyi commissa nepote.
> Miror, cuncta Lycus quare Pandione cretus
> Andaniam magnis portarit mystica Athenis.

Indicat inscriptio, ad Messenen venisse Cauconem Phlyi nepotem: alia praeterea de Lyco, et illud in primis, veterem initio-

σιον CSBMPcLbAgVict. κλείσιον coni. Sylb. tum λυκομήδων AgPd Lb; λυκομίδων Va. λυκομηδῶν Vb La.

24. τε om. La. λέγων PdAgMVb Lab; λόγων Va.

25. ἥγνισα La. ἡγνίσατο δὲ ἑρμοιο Ag. δ' Ἑρμοῖο AXKFCPcdVa. δὲ ἑρμοῖο VbLab. δ' Ἑρμείαο SB, ut in Anthol. Pal. T. II. p. 818. *Mercurii* Am. tum δοίμους Vb. Post δόμους et initio versus sequentis lacunam indicavimus duce S. δόμους (μεγάλης) τε κέλευθα C, praeeunte K et Lennepio ad Coluth. p. 150. τέτυκόν vel πέφραδόν τε κέλευθα Buttmannus. δόμους κέλευθά τε Va; δ' Ἑρμείαο δόμους Δηοῦς τε κέλευθα Porson. in Tracts.

26. Πατρὸς AXKFBPcdAgVabM Lab. Ματρὸς CS. Δήμητρος Lennep. Δάματρος Buttmannus et Porson. Tum προτογόνου AgLa. ὅθεν θεοῖσιν La.

27. φλυάνδεω (φλυανδέω sec. exc. nostra) MLa. φλυὰν δέω Fab VaPdLb. Deinde κλεινοίον et per corr. κλεινοῖο Vb. Tum καυκωνίδα AgPd. καυκωνίδαο Va. καυκωνιάδα. ὃ θαυμάσαι Fab. ΚΑΥΚΩΝΑΔΙΔΑΟ et mutata terminatione ΚΑΥΚΩΝΑ ΔΙΔΑΞΑΙ coniicit Lennep. ad Coluth. p. 151. quo admisso γόνον pro γόνου legendum. Φλυαδέω κλείνοιο γόνῳ Καύκωνι δαεῖσαν scribit Porson. Tracts.

28. θαύμασαι M. θαυμάσαι Lb. θαύμα δ' ὡς (sic) Va. Sq. σύμπαντα om. VbLa. tum πανδιώνιος Ag. πανδιόνιδος La. πανδίονος Pd. Πανδίονος υἱὸς Lennep. φῶς AM PdVb.

29. ἀνδάνῃ AgPdMFabVabLab. κεδνὴ La.

30. „ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐ δηλοῖ, ὡς γέγραφθαι (sic) νῦν. Καυκωνιάδαο γὰρ οὐ σημαίνει Καύκωνα, ἀλλά τινα ἐκ τῶν Καυκώνος ἐκγόνων." *Palmer. MS.* Mox ἀφίκετο AgPd.

ἐς τὸν Λύκον τε ἄλλα, καὶ ὡς ἡ τελετὴ τὸ ἀρχαῖον ἦν ἐν[31] *Ἀνδανίᾳ. καί μοι καὶ τοῦτο εἰκὸς ἐφαίνετο, τὴν Μεσσήνην μὴ ἑτέρωθι, ἀλλὰ ἔνθα αὐτή τε καὶ Πολυκάων ᾤκουν, καταστήσασθαι τὴν τελετήν.*

CAPUT II.

Polycaonis filiorum nulla a veteribus fit mentio — de Periere, Melaneo et Oechalia — Perieris filiis Messeniae imperium obtinentibus et Arene urbe — Lyco, qui magnarum dearum initia tradidit, et Apharei filiis — tribus feminis, quae ad tumulos maritorum sese interfecerunt.

Πυθέσθαι δὲ σπουδῇ[1] *πάνυ ἐθελήσας οἵ τινες παῖδες Πολυκάονι ἐγένοντο ἐκ Μεσσήνης, ἐπελεξάμην*[2] *τάς τε Ἠοίας καλουμένας καὶ τὰ ἔπη τὰ Ναυπάκτια,*[3] *πρὸς δὲ αὐτοῖς ὁπόσα Κιναίθων καὶ Ἄσιος ἐγενεαλόγησαν.*[4] *οὐ μὴν ἔς γε ταῦτα ἦν σφίσιν οὐδὲν πεποιημένον, ἀλλὰ Ὕλλου μὲν τοῦ Ἡρακλέους θυγατρὶ Εὐαίχμῃ συνοικῆσαι*[5] *Πολυκάονα υἱὸν Βούτου λεγούσας τὰς μεγάλας οἶδα Ἠοίας,*[6] *τὰ δὲ*

rum sedem Andaniam fuisse. Et consentaneum mihi hoc quoque videtur, Messenen et Polycaonem, in qua urbe suam sibi regiam posuissent, in eadem sacrorum etiam religionem constituere voluisse.

Cap. II. Equidem non mediocre adhibui studium, ut discerem, ecquinam Polycaoni e Messene liberi geniti essent. Evolvi itaque et librum, quae *magnae* Eoeae inscriptae sunt, et Naupactia carmina; omnia praeterea, quae *versibus* Cinaethon et Asius de Gentilitatibus perscripserunt: neque omnino quicquam, huc quod pertineret, comperi. Nam quum magnae testentur Eoeae, cum Polycaone Butae filio fuisse nuptam filiam Hylli

31. *καὶ ἀνδανίαν* Ag. tum *καί μοι καὶ τοῦτο* BPcAgLb; *καί μοι τοῦτο* edd. rell. VabMLa.

Cap. II. 1. *δὲ σπουδῇ* Smai. B ex em. Valck. et Am. *δέ που δὴ* Edd. rell. PcdAgMLb; *δή που δὴ* VbLa; e Va nihil enotavimus. Cf. Iacobs. ad Philostr. Imag. p. 250.

2. *ἐπελεξάμην* BAgPdVaLb; *ἐπεξελεξάμην* Edd. rell. PcVbM(?)La. mox *τάς τε μεγάλας Ἠοίας* Porson. *τάς τε ἢ οἳ καλ.* La.

3. *νῦν πάκτια* MAg; *νῦν πακτία* Lb.

4. *ἐγενεαλόγησαν* CSBAgPcdLa; *ἐγενεαλόγησεν* AXKFVabMLb. — Sqq. *οὐ μὴν — πεποιημένον* om. MLb. *ἔς τε ταῦτα* Ag et *ἦν σφιν* Va. tum *ὕλου* Lb.

5. *συνηκοῖσαι* La. *πολυκάωνα* Ag.

6. *ἢ οἵας* La. tum *τὰς δὲ* AM Vab; in M supra vers. *τά.*

ἐς τὸν Μεσσήνης ἄνδρα καὶ τὰ ἐς αὐτὴν Μεσσήνην παρεῖ-
ταί σφισιν.[7] (2) Χρόνῳ δὲ ὕστερον, ὡς ἦν τῶν Πολυ- 2
κάονος οὐδεὶς ἔτι ἀπογόνων, ἐς γενεὰς πέντε (ἐμοὶ δοκεῖν)
προελθόντων καὶ οὐ πλέονας,[8] Περιήρη τὸν Αἰόλου βασι-
λέα ἐπάγονται. παρὰ τοῦτον ἀφίκετο,[9] ὡς οἱ Μεσσήνιοί
φασι, Μελανεὺς, τοξεύειν ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ διὰ τοῦτο Ἀπόλ- 283
λωνος εἶναι νομιζόμενος· καί οἱ τῆς χώρας τὸ Καρνάσιον,[10]
τότε δὲ Οἰχαλίαν κληθεῖσαν ἀπένειμεν ὁ Περιήρης ἐνοικῆ-
σαι· γενέσθαι δὲ ὄνομα Οἰχαλίαν τῇ πόλει φασὶν ἀπὸ τοῦ
Μελανέως τῆς γυναικός. Θεσσαλοὶ δὲ καὶ Εὐβοεῖς (ἥκει 3
γὰρ δὴ ἐς ἀμφισβήτησιν τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι τὰ[11] πλείω) λέ-
γουσιν, οἱ μὲν ὡς τὸ Εὐρύτιον (χωρίον δὲ ἔρημον ἐφ' ἡμῶν
ἐστὶ τὸ Εὐρύτιον) πόλις τὸ ἀρχαῖον ἦν καὶ ἐκαλεῖτο Οἰχα-
λία· τῷ δὲ Εὐβοέων[12] λόγῳ Κρεώφυλος ἐν Ἡρακλείᾳ πε-

(Herculis filii) Euaechmen, in illis certe nulla prorsus vel de Messenes viro vel de ipsa Messene mentio. (2) Iam vero aetatibus ferme quinque, non amplius (uti mea fert opinio) exactis, quum nullus iam omnino de Polycaonis posteris esset superstes, accersitum aiunt in regnum Messenii Perierem Aeoli filium: ad eum venisse Melaneum, praestantem arcu et sagittis virum, quique ob artis eius excellentiam ab Apolline genitus credebatur. Huic a Periere partem eam regionis attributam, quae Carnasium *nunc*, Oechalia tunc dicta est, accepto scilicet ab uxore Melanei nomine. Thessali vero et Euboeenses (ut omnis ferme est de Graeciae rebus controversa historia) ita inter se dissident, ut illi Eurytium (vicus est hic aetate nostra *prope* desertus) Oechaliam priscis temporibus urbem dicant fuisse. Ab iis, quae hac de re sunt Euboeensium sermonibus prodita, nihil fere dissentit Creo-

7. *σφισιν* AgVb. *σφισι* rell. Tum *χρώνω* Vb. Sq. *τῶν* om. La. *ἐμοὶ δοκεῖ* id.

8. *πλείονας* MVa. *πλέον* Lb.

9. *ἀφίκοντο* La. mox *φασιν* Ag Vb.

10. *Καρνάσιον* CSB ex em. Camer. *Καρμάσιον* AXKFPcdAgMVab Lab. *περιήρας* Lb. Mox *τῇ πόλει* om. Vb; tum *θεσσαλὸς* M.

11. *τὰ* om. PcdAgMVaLab; tum *λέγων* Ag.

12. *εὐοέων* La. „*λείπει ὁ τῶν Εὐβοέων λόγος*. Pro Creophylo apud Clement. Strom. ϛ' est *Κλεόφυλος*.“ *Palmer. MS.* *κρεόφυλος* La. *κλεόφυλος* AgPd. *Κρεώφ. μὲν ἐν Ἡρ. πεπ. ὁμολογοῦντα, Ἑκαταῖος δὲ ὁ Μιλήσιος ἐν Σκίῳ, μοίρᾳ τῆς Ἐρετρικῆς*. *ἔγρ.* coni. S. Pro *ἐν Ἡρακλείᾳ* Bentleius Ep. ad. Mill. p. 62. et Hemsterh. MS. coni. *Ἡρακλέας*. Sevin. Mem. de l'Acad. VI. p. 480. *ἐν Αἰολικῷ*. Menag. et Laërt. VIII. 2. *ἐν Οἰχαλίᾳ*. Bentleio accedens Pors. *ὁμολογεῖν* praeterea vult. Cf. omnino Creuzer. ad Hecataei fr. p. 54. Tum *Ἑκαταῖος τὲ δὲ* Vb.

ναῖκα Πολυδώραν μὲν τὸ ὄνομα, θυγατέρα δὲ Μελεάγρου φησὶν εἶναι τοῦ Οἰνέως. εἰ τοίνυν ἐστὶν ἀληθὲς, αἱ γυναῖκες αὗται τρεῖς οὖσαι τὸν ἀριθμὸν, ἀπὸ Μαρπήσσης[29] ἀρξάμεναι, προαποθανοῦσι πᾶσαι τοῖς ἀνδράσιν ἑαυτὰς ἐπικατέσφαξαν.

CAPUT III.

Ypharei domo exstincta, Messeniorum regnum ad Nestorem pervenit — de Aesculapii filiorum expeditione contra Ilium — Nelei posteri ab Heraclidis eiiciuntur et Cresphontes cum Aristodemi filiis de Messenia sortitus fraude illa potitur — de Cresphontis et ceterorum regum urbibus regiis, atque illius nece — Cresphontis filius superstes, Aepytus, ab Arcadibus in regnum restituitur, eiusque posteri Aepytidae appellantur — de Glauco, Aepyti filio, eiusque posteris regnum Messen. obtinentibus.

Ἐπεὶ δὲ τοῖς Ἀφαρέως παισὶ[1] πρὸς τοὺς Διοσκούρους ἐγένετο ἀνεψιοὺς ὄντας μάχη περὶ τῶν βοῶν, καὶ τὸν μὲν Πολυδεύκης ἀπέκτεινεν, Ἴδαν δὲ ἐπέλαβε τὸ χρεὼν κεραυνωθέντα, ὁ μὲν Ἀφαρέως οἶκος γένους παντὸς ἠρήμωτο[2] τοῦ ἄῤῥενος, ἐς δὲ Νέστορα τὸν τοῦ Νηλέως περιῆλθε[3] Μεσσηνίων ἡ ἀρχὴ τῶν τε ἄλλων καὶ ὅσων πρότερον ἐβασίλευεν Ἴδας, πλὴν ὅσοι τοῖς Ἀσκληπιοῦ παισὶν αὐτῶν ὑπή-

est) Protesilai inquam huius uxorem, Polydoram nomine, filiam fuisse Meleagri, Oenei neptem. Si ergo verum est, tres hae mulieres, initio a Marpessa facto, amissis viris semetipsas iugularunt.

Cap. III. At enim posteaquam Apharei liberi cum Gemellis patruelibus suis de pecore dimicarunt, et Lynceum Pollux occidit, Idas vero fulmine ictus fato suo perfunctus est, Apharei domus tota, maribus omnibus consumtis, deleta est: tunc Messeniorum imperium ad Nestorem Nelei filium delatum: penes quem quum cetera omnia, tum vero quae Idae regno continebantur, fuerunt: iis tamen *populis* exceptis, quibus Aesculapii liberi

29. μαρσήπης Ag. μαρπήσης Va. προαποθανοῦσαι La. Mox ἀνδρ. ἐς αὐτὰς ἐπικατέσφ. Vb.

Cap. III. 1. παισὶν M.

2. ἐρήμοτο Ag.

3. περιῆλθεν Ag. μεσσήνων La. ὅσσων Vb et ἐβασίλευσεν MVa. Sqq. τοῖς Ἀσκληπιοῦ — καὶ γὰρ om. Vb.

κουον.[4] (2) *Καὶ γὰρ τοὺς Ἀσκληπιοῦ παῖδας στρατεῦσαί* 2
φασιν ἐπ'[5] *Ἴλιον Μεσσηνίους ὄντας, Ἀρσινόης γὰρ Ἀσκλη-*
πιὸν τῆς Λευκίππου καὶ οὐ Κορωνίδος παῖδα εἶναι· καὶ
Τρίκκαν[6] *δὲ καλοῦσιν ἔρημον ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ χωρίον, καὶ*
ἔπη τῶν Ὁμήρου καταλέγουσιν ἐν οἷς τὸν Μαχάονα ὁ Νέ-
στωρ τῷ οἰστῷ[7] *βεβλημένον περιέπων ἐστὶν εὐνοϊκῶς· οὐκ*
ἂν οὖν αὐτὸν μὴ ἐς γείτονα[8] *καὶ ἀνθρώπων βασιλέα ὁμο-*
φύλων προθυμίαν τοσήνδε γε ἐπιδείξασθαι. τοῖς[9] *δὲ καὶ*
μάλιστα ἤδη βεβαιοῦνται τὸν ἐς τοὺς Ἀσκληπιάδας λόγον
ἀποφαίνοντες ἐν Γερηνίᾳ Μαχάονος μνῆμα, καὶ τὸ ἐν Φα-
ραῖς[10] *τῶν Μαχάονος παίδων ἱερόν.* (3) *Διαπολεμηθέν-* 3
τος[11] *δὲ τοῦ πρὸς Ἴλιον πολέμου καὶ Νέστορος ὡς ἐπα-*
νῆλθεν[12] *οἴκαδε τελευτήσαντος, Δωριέων στόλος καὶ ἡ κά-*
θοδος[13] *Ἡρακλειδῶν γενομένη δύο γενεαῖς ὕστερον ἐξέ-* 285
βαλε[14] *τοὺς Νηλέως ἀπογόνους ἐκ τῆς Μεσσηνίας. καί*

imperarunt. (2) Aesculapii enim filios e Messenia tradunt ad obsidendam Ilion venisse: natum siquidem Aesculapium Arsinoe Leucippi filia, non Coronide. Ac Triccam sane desertum quendam in Messenia vicum appellant: versus Homeri *in testimonium* afferunt, quibus Machaonem Nestor sagitta percussum solatur. Neque enim, inquiunt, tantam omnino benevolentiae significationem ille dedisset, nisi et vicini et gentilis casu regis commotus fuisset. Confirmantur haec, quae de Aesculapii liberis dicuntur, quod et Machaonis monumentum Gereniae ostenditur, et Pheris fanum Machaonis liberûm. (3) Iam vero confecto bello Troiano, quum diem suum post reditum Nestor obiisset, reduces postliminio Dorienses cum Herculis liberis duabus post aetatibus e Messenia Nelei posteros eiecerunt. Porro haec quasi

4. *ὑπάκουον* Ag.

5. *ἐπ'* BPcAg; *ἐς* Edd. rell. Pd VabMLab.

6. *τρίκαν* Va. *τε καλοῦσιν* Lab. *δὲ καλ.* Edd. PcAgVabM.

7. *τῷ ἰστῷ* Ag. *ἐν οἰστῷ* Pd. *τὸν οἰστῷ* La. — Sq. *ἐστὶν* om. M. *εὐνοηκῶς* Vb. *εὐνοεικῶς* La. Tum *οὐκ ἂν αὐτὸν* [*εἰ*] *μὴ ἐς* Poppo Chrestom. hist. I. p. 377. *μὴ μὴ* (prius expunct.) La.

8. *γείτωνα* Ag. Mox *τοσήν δὲ* La; sq. *γε* om. BPcAgLa.

9. *τοῖς δὲ* Edd. ante B, AgPdVab MLab; *τοῖςδε δὲ* coni. Coraes. *οἷς δὲ* BPc? ; *βεβαιοῦται* Vb.

10. *Φαραῖς* CSB. *φεραῖς* AXKF PcdAgMVabLab. *φηραῖς* vult Palmer. MS, ut I, 4. *τὸ μαχάονος* Ag; *μαχάωνος* La.

11. *διαπολεμιθέντος* PdAg. Sq. *δὲ* om. M. *νέστωρος* La.

12. *ἐπῆλθεν* Vb.

13. *ἡ κάδος* Ag.

14. *ἐξέβαλλεν* Ag, in Pd alterum *λ* expunctum. *νηλέω* La.

μοι ταῦτα ἐγένετο ἤδη τῷ λόγῳ προσθήκη τῷ[15] ἐς Τισαμε-
νόν· πλὴν τοσόνδε ἔτι δηλώσω. Τημένῳ τῶν Δωριέων
Ἄργος ἐφέντων ἔχειν, Κρεσφόντης γῆν σφᾶς ᾔτει τὴν Μεσ-
4 σηνίαν ἅτε καὶ αὐτὸς Ἀριστοδήμου πρεσβύτερος. Ἀριστό-
δημος μὲν οὖν ἐτύγχανεν ἤδη τεθνεώς· Θήρας δὲ ὁ Αὐτε-
σίωνος[16] τῷ Κρεσφόντῃ μάλιστα ἠναντιοῦτο, τὸ μὲν ἀνέ-
καθεν Θηβαῖός τε καὶ ἀπόγονος πέμπτος Πολυνείκους τοῦ
Οἰδίποδος,[17] τότε δὲ ἐπετρόπευεν Ἀριστοδήμου τοὺς παῖ-
δας θεῖος ὢν πρὸς μητρός· Αὐτεσίωνος γὰρ θυγατέρα
Ἀριστόδημος ἔγημεν ὄνομα Ἀργείαν. Κρεσφόντης δὲ[18]
(γενέσθαι γάρ οἱ ἤθελε τὴν Μεσσηνίαν πάντως μοῖραν)
Τημένου δεῖται,[19] παρεσκευασμένος δὲ τοῦτον τῷ κλήρῳ
5 δῆθεν ἐφίησι. Τήμενος δὲ ἐς ὑδρίαν, ἐνόντος ἐν αὐτῇ καὶ
ὕδατος, καθίησι[20] τῶν Ἀριστοδήμου παίδων καὶ Κρεσφόν-
του τοὺς πάλους ἐπὶ διειρημένοις,[21] μοῖραν ἀναιρεῖσθαι

cumulus quidam eorum fuerunt, qui ad Tisameni res pertinuerunt. Verum et illud restat exponendum. Quum Temeno Dorienses Argos assignassent, ab illis Cresphontes terram sibi Messeniam depoposcit, quippe qui Aristodemo natu fuit maior. Aristodemus enim ipse e vita iam excesserat. Theras vero Autesionis filius maiorem in modum Cresphonti adversabatur, Thebanus ille quidem, Polynicis Oedipi filii atnepos. Tutelam enim is tunc Aristodemi filiorum gerebat, quod eorum erat avunculus: uxorem siquidem duxerat Aristodemus Autesionis filiam nomine Argian. Cupiebat Cresphontes Messeniam sibi assignari: quare Temenum rogat, rem ut sorti committat. Ille in situlam, quum eam iam aqua complesset, sortes mittit, re ita constituta, ut sors utra prior exiisset, illi Messenia adiudicaretur: ac *subdole* quidem Aristodemi liberûm sortem e siccata sole argilla, Cresphontis e coctili laterculo fecit. Quo factum est, ut, illa soluta, haec

15. τῷν Lb. τησαμενὸν Ag. τησαμενῷ Pd. Mox ἀφέντων Vab. ἔχει La.

16. αὐτεσίονος τῷ κρεςφόντι La. ἐναντιοῦτο Ag.

17. οἰδοίποδος Ag.

18. δὲ om. Vb. mox ἤθελεν Ag. ἤθε sq. brevi lacuna M. tum τῆς Μεσσηνίας XK, improbante Sylb. πάντων M.

19. κεῖται Pd. tum παρεσκευασμένως Ag. παρεσκευασμένον τοῦτο La. Sq. δὲ inseruit B. τε inseruit Camerar. [καὶ] παρεσκ. C, iubente F. Post δεῖται maiorem distinctionem posuit S. Mox ἐφίησιν VbAg.

20. καθίησι CSB ex em. K. καθίστησι AXKFPcAgVbMLb. καθήστησι La; e Va nihil enotavimus. τῷ ἀριστ. Lb.

21. διειρημένοις CSB. διηρημένοις AXKFPcdAgLab; δὴ εἰρημένοις coni. Porson. ἐπιδιηρημένοις Vb. διηρημένης Va; ἐπὶ διητημένοις Sylb. tum αἱρεῖσθαι B ex em. Buttmanni, ἀνερεῖσθαι La, ἀναιρεῖσθαι Edd. Codd. rell. ὁποτέρῳ La.

τῆς χώρας προτέρους ὁποτέρων ἂν πάλος ἀνέλθῃ πρότε-
ρον. τοὺς μὲν δὴ πάλους[22] *ὁ Τήμενος ἐπεποίητο ἀμφο-*
τέρους, ἀλλὰ τοῖς μὲν Ἀριστοδήμου παισὶ[23] *ξηρᾶς ὑπὸ*
ἡλίου, Κρεσφόντῃ δὲ ὀπτῆς[24] *πυρί· ὅ τε δὴ τῶν Ἀριστο-*
δήμου παίδων πάλος κατατέτηκτο, καὶ ὁ Κρεσφόντης οὕτω
λαχὼν γῆν αἱρεῖται τὴν Μεσσηνίαν. Μεσσηνίων[25] *δὲ τῶν* 6
ἀρχαίων οὐκ ἐγένετο ὑπὸ τῶν Δωριέων ὁ δῆμος ἀνάστατος,
ἀλλὰ βασιλεύεσθαί τε συγχωροῦσιν ὑπο Κρεσφόντου καὶ
ἀναδάσασθαι πρὸς τοὺς Δωριέας τὴν γῆν. ταῦτα δέ σφι- 286
σιν εἴκειν[26] *παρίστατο ὑποψίᾳ πρὸς τοὺς βασιλεύοντας,*
ὅτι ἦσαν ἐξ Ἰωλκοῦ τὸ ἀνέκαθεν Μινύαι.[27] *γυναῖκα δὲ ἔσχε*
Κρεσφόντης Μερόπην τὴν Κυψέλου, βασιλεύοντος τότε
Ἀρκάδων, ἀφ᾽ ἧς ἄλλοι τε δὴ[28] *παῖδες ἐγένοντο αὐτῷ καὶ*
νεώτατος Αἴπυτος. (4) *Τὰ δὲ βασίλεια, ἔνθα αὐτὸς καὶ* 7
οἱ παῖδες ἔμελλον οἰκήσειν, ᾠκοδομήσατο ἐν Στενυκλήρῳ.
τὸ μὲν γὰρ ἀρχαῖον οἱ βασιλεῖς οἵ τε ἄλλοι καὶ ὁ Περιήρης
ᾤκουν ἐν Ἀνδανίᾳ, κτίσαντος δὲ Ἀφαρέως Ἀρήνην αὖθις
Ἀφαρεὺς καὶ οἱ παῖδες ἐνταῦθα ᾤκησαν· ἐπὶ δὲ Νέστορος

constiterit, et per eam Cresphonti Messenia obtigerit. Neque vero prisci Messenii a Doriensibus eiecti sunt. Nam facile illi et Cresphonti, novo regi, paruerunt, et Dorienses in agri partem receperunt: atque eo libentius, quod invidiosa iam erat apud ipsos regum superiorum potentia, qui erant Minyae ab Iolco oriundi. Uxorem vero Cresphontes Meropen duxit, Cypseli filiam, Arcadum tunc regis; e qua quum alios suscepit filios, tum vero qui natu minimus fuit, Aepytum. (4) Ac sibi quidem et liberis regiam Stenycleri exaedificavit, quum ante reges alii ab initio, et ipse etiam Perieres, Andaniae habitassent. Aphareus quoque postea quam Arenen munivit, in ea cum liberis imperii domicilium habuit. At Nestori eiusque posteris Pylos regia fuit. Post-

22. „*πάλους πλίνθον ὁ Τ.* Coraes. possis etiam *γῆς*" B. tum *ἐπεποίοιτο* Ag.

23. *παισὶν* VbAg.

24. *ὀκτῷ* Vb. Tum *ὅ τε* B; *ὅτε* edd. rell. mox *κατατέτηκτο* Lb, syllaba *τα* sup. lin. posita; *κατετέτηκτο* Pors. CSB; *κατέτηκτο* AXKF PcVbMLa; *κατεστήσατο* Ag; *κατέστηκτο* Pd; *κατεκέκτητο* Va. Seq. *ὁ* om. Va. *κραισφόντης* Vb.

25. *Μεσσηνίων* om. Ag. *μεσσηνίων δὴ* Vb. mox *ὑπὸ τοῦ κρεσφ. καὶ ἀναδώσασθαι* La.

26. *ἥκειν* Vb, *εἴκει* Va; tum *ὑπεροψία* AXKFVbM, *ὑπεροψίᾳ* voluit K, et ita PcdAgLab; *ὑποψίᾳ* Am., quod probat F, receperunt CS B, nihil varietatis enotavimus e Va.

27. *Μινύαι* CSB ex em. K; *ὁμιλίαι* AXKFVabPcMLab; *ὁμιλεῖαι* PdAg; *οἱ Νηλεῖδαι* coni. Sylb., quod probat Palmer. MS.

28. *δὴ* om. La. Sqq. *ἐγένοντο — παῖδες* om. M.

καὶ τῶν ἀπογόνων ἐν Πύλῳ τὰ βασίλεια ἦν· Κρεσφόντης
δὲ ἐν Στενυκλήρῳ τὸν βασιλέα οἰκεῖν κατεστήσατο. Διοι-
κούμενον δὲ αὐτὸν τὰ πολλὰ ἐς χάριν τοῦ δήμου μᾶλλον
οἱ[29] *τὰ χρήματα ἔχοντες αὐτόν τε Κρεσφόντην ἐπαναστάν-*
8 *τες καὶ τοὺς υἱοὺς ἀποκτείνουσι τοὺς λοιπούς.* (5) *Ὁ δὲ*
Αἴπυτος (παῖδα γὰρ ἔτι ὄντα ἔτρεφεν αὐτὸν ὁ Κύψελος[30]*)*
περιγίνεται μόνος τοῦ οἴκου, καὶ ὡς ἀνὴρ ἐγένετο, οἱ Ἀρ-
κάδες κατάγουσιν αὐτὸν ἐς Μεσσήνην· συγκατήγαγον δὲ
καὶ οἱ λοιποὶ βασιλεῖς τῶν Δωριέων, οἵ τε Ἀριστοδήμου
παῖδες καὶ Ἴσθμιος[31] *ὁ Τημένου. Αἴπυτος δὲ ὡς ἐβασί-*
λευσεν, ἐτιμωρήσατο μὲν τοῦ πατρὸς τοὺς φονέας, ἐτιμω-
ρήσατο δὲ καὶ ὅσοι τοῦ φόνου παραίτιοι καθειστήκεσαν·[32]
προσαγόμενος δὲ τοὺς μὲν ἐν τέλει τῶν Μεσσηνίων θερα-
πείαις, ὅσοι δὲ ἦσαν τοῦ δήμου, δωρεαῖς, ἐς τοσοῦτο[33]
προέβη τιμῆς ὡς καὶ τοὺς ἀπογόνους Αἰπυτίδας ἀντὶ Ἡρα-
9 *κλειδῶν κληθῆναι.* (6) *Γλαύκῳ δὲ τῷ Αἰπύτου βασιλεύ-*
σαντι μετὰ Αἴπυτον τὰ μὲν ἄλλα ἐξήρκεσε[34] *μιμήσασθαι*

remo Cresphontes Stenycleri regem habitare voluit. Hunc potentiores, quod populariter nimis plebem esset amplexus, eiusque liberos praeter Aepytum occiderunt. (5) Solus enim Aepytus, quod apud Cypselum maternum avum adhuc puer educabatur, parenti et fratribus superstes fuit. Illum iam adultum Arcades in Messeniorum regnum, et una cum Arcadibus Doriensium reges, Aristodemi videlicet filii, et Isthmius Temeni filius, restituerunt. Aepytus paterno regno recepto patris primum interfectores, quique eius fuerant caedis auctores, ultus est: deinde conciliata sibi obsequiis nobilitate, plebe largitionibus delinita, eo pervenit honoris, ut Aepytidae posteri iam omnes appellati sint, quum ante Heraclidae dicerentur. (6) Huius filius Glaucus, a patre accepto imperio, par illi fuit in omnes ordines officio et

29. *ἢ* La. tum *αὐτόν τε καὶ κρεσφ.* VbLa.

30. *κυψελὸς* Lb. Sq. *ὡς* om. M VabLa.

31. *Ἴσθμιος* BPcdMAg; *ἰσίμος* La; *ἰσέμιος* RLb; *Σίμος* AXKFVa, marg. R. *σῆμος* Vb. *Κεῖσος* CS, coll. II, 19, 1. *ὁ τησαμένου* La.

ε α
32. *καθεστήκασιν* Pd. *καθεστήκεσαν* VaLab; *καθιστήκεσαν* Vb. Sq. *μὲν* om. La; mox *εἶναι* pro *τῶν* M. *δὲ* om. M.

33. *τοσοῦτον* AgPd. *τοῦτο* Vb. deinde *ἡρακληδῶν* Va. *ἀντὶ τοῦ ἡρ.* La.

34. *ἐξήρκεσεν μημήσασθαι* Ag; *ἐξήρκησε* Va. Tum *εὐσεβία* Vb. mox *τὸ ἐπὶ τῇ κορυφῇ* om. La.

τὸν πατέρα ἔν τε τοῖς κοινοῖς καὶ πρὸς τοὺς ἰδιώτας, εὐ-
σεβείᾳ δὲ ἐς πλέον προέβη. καὶ γὰρ τοῦ Διὸς τὸ ἐπὶ τῇ 287
κορυφῇ τῆς Ἰθώμης τέμενος, ἄνευ τῶν Πολυκάονος[35] καὶ
Μεσσήνης, οὐκ ἔχον παρὰ τοῖς Δωριεῦσί πω τιμὰς, Γλαῦ-
κος ἦν ὁ καὶ τούτοις σέβειν καταστησάμενος· καὶ Μαχάονι
τῷ Ἀσκληπιοῦ[36] πρῶτος ἔθυσεν ἐν Γερηνίᾳ, γέρα δὲ ἀπέ-
νειμε Μεσσήνῃ τῇ Τριόπα τὰ νομιζόμενα ἥρωσιν. Ἴσθμιος
δὲ ὁ Γλαύκου καὶ ἱερὸν τῷ Γοργάσῳ καὶ Νικομάχῳ τὸ ἐν
Φαραῖς[37] ἐποίησεν. Ἰσθμίου δὲ γίνεται Δωτάδας, ὃς ἐπί-
νεια καὶ ἄλλα τῆς Μεσσηνίας παρεχομένης τὸ ἐν Μοθώνῃ[38]
κατεσκευάσατο. Συβότας[39] δὲ ὁ Δωτάδα τῷ τε ποταμῷ
κατεστήσατο τῷ Παμείσῳ κατὰ[40] ἔτος ἕκαστον θύειν τὸν
βασιλεύοντα, καὶ Εὐρύτῳ τῷ Μελανέως ἐναγίζειν ἐν Οἰχα-
λίᾳ πρὸ τῆς τελετῆς[41] τῶν μεγάλων θεῶν ἀγομένης ἔτι ἐν
Ἀνδανίᾳ.

aequitate, deorum vero cultu multo superior. Etenim quum in Iovis fano, quod in Ithomes vertice fuit, apud Dorienses Polycaon et Messene non colerentur, Glaucus, illis ut sui haberentur honores, instituit. Idemque Machaoni Aesculapii filio primus in Gerenia rem divinam fecit, et Messenae Triopae filiae solita heroibus decerni munera dedicavit. *Cuius pietatem* Isthmius eius filius *imitatus,* Gorgaso et Nicomacho Pheris templum erexit. Isthmio Dotadas genitus: qui ad cetera navalia, quae tunc in Messenia fuerunt, unum Mothonae munivit. Succedit Dotadae filius Sybotas. Is ut reges Pamiso amni anniversaria sacra facerent iussit, et ut ante magnarum dearum (quae ipso etiam regnante Andaniae celebrabantur) initia Euryto Melanei filio parentaretur Oechaliae.

35. *πολυκάωνος—δωριεῦσιν* Ag. *οὐκ ἔσχον* La.

36. *τῷ ἀσκληπίονι ἀσκληπιοῦ* Ag. Mox *ἀπένημεν* Vb.

37. *Φαραῖς* CSB; *Φεραῖς* Edd. rell. Codd. Tum *ἰσθίου* Lb.

38. *μεθώνῃ* PdAgM (in M super *ω* est *ο*, *μεθῶνη* sec. exc. nostra); *τῷ ἐν μεθώνῃ* Va.

39. *συμβώτας* PdAg; *συβώτας* Va. tum *δωδότα* Ag; *δωδάτα* Pd; *δοτάδα* et *ω* supr. lin., Vb.

40. *καὶ* MLb. *καὶ κατὰ* La. mox *εὐρώτῳ* La.

41. *τελευτῆς* PdAg. *τῶν μεγαρέων* La. mox *ἀνδηνίᾳ* M.

CAPUT IV.

Phinta regnante Messenii primum chorum in Delum mittunt et prima inter Messenios et Lacedaemonios discordia exoritur — eius causa narratur — Phintae filiis regnantibus primum bellum Messenicum suscipitur — de bubus Polycharis ab Euaephno venditis, causa belli, narratio.

Ἐπὶ δὲ Φίντα τοῦ Συβότα[1] πρῶτον Μεσσήνιοι τότε
τῷ Ἀπόλλωνι ἐς Δῆλον θυσίαν καὶ ἀνδρῶν χορὸν ἀποστέλ-
λουσι. τὸ δέ σφισιν ᾆσμα προσόδιον ἐς τὸν θεὸν ἐδίδαξεν
Εὔμηλος, εἶναί τε ὡς ἀληθῶς Εὐμήλου νομίζεται μόνα τὰ
ἔπη ταῦτα. Ἐγένετο δὲ καὶ πρὸς Λακεδαιμονίους ἐπὶ τῆς
Φίντα βασιλείας διαφορὰ[2] πρῶτον, ἀπὸ αἰτίας ἀμφισβη-
τουμένης μὲν καὶ ταύτης, γενέσθαι δὲ οὕτω[3] λεγομένης.
2 (2) Ἔστιν ἐπὶ τοῖς ὅροις τοῖς[4] Μεσσηνίας ἱερὸν Ἀρτέμι-
δος καλουμένης Λιμνάτιδος, μετεῖχον δὲ αὐτοῦ μόνοι
Δωριέων οἵ τε Μεσσήνιοι καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι. Λακεδαι-
μόνιοι μὲν δή φασιν ὡς παρθένους αὐτῶν[5] παραγενομέ-
288 νας ἐς τὴν ἑορτὴν αὐτάς τε βιάσαιντο ἄνδρες τῶν Μεσση-
νίων[6] καὶ τὸν βασιλέα σφῶν ἀποκτείναιεν πειρώμενον κω-

Cap. IV. Iam vero Phinta regnante, Sybotae filio, Apollini primum Messenii sacrum cum virorum choro Delon miserunt. Iis canticum, quo deum salutarent, (Prosodium appellant) fecit Eumelus: et haec certe carmina sola sunt, quae Eumelum fecisse pro comperto habetur. Huius ipsius Phintae temporibus discordiarum semina (incertum quanam ex causa) inter Messenios et Lacedaemonios extitere. Causa tamen huiusmodi prodita est. In Messeniorum finibus Dianae Limnatidis cognomento templum fuit, commune solis Doriensium Messeniis et Lacedaemoniis, nulli praeterea civitati. Ad illud templum missas a se de more virgines violatas a Messeniis Lacedaemonii commemorant, ac regem

Cap. IV. 1. *συβώτα — ἐν δῆλον* Va. Mox *ἀποστέλλουσιν* AgPd.
2. *διαφορὰ* CSBPcdAgVa (?); *διάφορα* AXKFM(?)Lab; *διάφορα πρῶτον* Vb.
3. *οὔπω* VaMLb. *λεγομένῳ* La.
4. *τοῖς Μεσσ.* SBPdMVa (?); *τῆς Μεσσ.* AXKFCPcAgVbLab.
5. *αὐτῶν* B; *αὐτῶν* edd. rell. Tum *παραγενομένας* CSB ex em. K, RAgLb; *παραγομένας* AXKFVb PcMLa, marg. R. Nihil enotavimus e Va. Tum *ἑωρτὴν* Vb, *βιάσαιτο* Va.
6. *μεσηνίων* R; mox *τῶν βασ.* Va. *ἀποκτείναιεν* CSB e coni. Sylb. *ἀποκτεῖναι* AXKFRVb; *ἀποκτεῖναι τὸν* MPcAgVaLab.

λύειν, Τήλεκλον[7] Ἀρχελάου τοῦ Ἀγησιλάου τοῦ Δορύσσου
τοῦ Λαβώτα τοῦ Ἐχεστράτου τοῦ[8] Ἄγιδος. πρός τε δὴ
τούτοις τὰς βιασθείσας τῶν παρθένων διεργάσασθαι λέ-
γουσιν αὑτὰς ὑπὸ αἰσχύνης. Μεσσήνιοι δὲ τοῖς ἐλθοῦσι[9] 3
σφῶν ἐς τὸ ἱερὸν πρωτεύουσιν ἐν Μεσσήνῃ κατὰ ἀξίωμα,
τούτοις φασὶν ἐπιβουλεῦσαι Τήλεκλον[10] (αἴτιον δὲ εἶναι
τῆς χώρας τῆς Μεσσηνίας τὴν ἀρετὴν), ἐπιβουλεύοντα δὲ
ἐπιλέξαι Σπαρτιατῶν ὁπόσοι πω γένεια οὐκ εἶχον, τού-
τους[11] δὲ ἐσθῆτι καὶ κόσμῳ τῷ λοιπῷ σκευάσαντα ὡς παρ-
θένους ἀναπαυομένοις τοῖς Μεσσηνίοις ἐπεισαγαγεῖν, δόντα
ἐγχειρίδια· καὶ τοὺς Μεσσηνίους ἀμυνομένους[12] τούς τε
